



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Decretalivm Epistolarvm Gregorii Liber Tertivs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

# DECRETALIVM EPI- STOLARVM GREGORII LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE  
clericorum.

TITVLVS PRIMVS.

CAPITVLVM PRIMVM.

Cum celebratur, divisus esse debet clerus à populo.

Ex Concilio Moguntino. a

**V**T laici secus altare, quando sacra mysteria celebrantur, stare vel sedere inter clericos non praesumant. Sed pars illa, quae b cancellis ab altari dividitur, tantum psallentibus pateat clericis. Ad orandum vero & communicandum laicis & feminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

CAP. II.

Brevi, ne potest brevius sumari.

Ex concilio Pictaviensi. c

**C**lerici arma portantes d, & usurarii excommunicantur.

CAP. III.

Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui secum ceteris, & in aliis hic expressis, eum juvet.

Ex concilio Maticensi. e

**V**T quisque Presbyter f, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum ceteris, & epistolam & lectionem legat, & qui possit tenere scholas, & admonere suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

CAP. IV.

Non potest brevius sumari.

Gregorius g IX.

**S**i quis ex clericis comam h relaxaverit, anathema sit.

CAP. V.

Brevi est, & non aliter sumatur.

Ex concilio Carthaginensi. i

**C**lericus neque comam nutriat, neque barbam.

CAP. VI.

Clericus non in sacris, nec professus potest uxorem ducere, sed uxorem tondetur si vult gaudere privilegio clericali, vel dispensari tenere beneficium, hoc dicitur, secundum modum, qui est magis consentaneus literis, secundum quem ponit unum casum duntaxat.

Ex concilio Triburien. k

**C**lericus si tonsura dimissa uxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec monasterio à parenti-

bus traditus, uxorem permittatur habere, & iterum tondetur: nec in vita sua uxorem dimittere audeat.

CAP. VII.

Clericus debet tonsuram deserre: & si non vult, potest invitus à suo superiori tonderi.

Alexander III. Cantuarien. Archiepisc.

**C**lericus: & infra. a Clerici, qui comam nutriunt b & barbam, etiam invitati à suis Archidiaconis tondentur.

CAP. VIII.

Frequentans monasteria monialium, & monitus non desistens, si clericus est, deponitur: si laicus, excommunicatur.

Idem in concilio Lateran. c

**M**onasteria d sanctimonialium, si quisquam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare praesumpserit, per Episcopum e arceatur: & si non destiterit f, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si laici, excommunicationi subdantur, & à ceteris fidelium fiant penitus alieni.

CAP. IX.

Episcopus potest statuere in ecclesia certum numerum clericorum secundum ipsius facultates, qui vivant in communi, & contraditores ad hoc compellere. & istos in communi viventes, potest absolvere ab excommunicatione incurta, propter injectionem manuum in socium.

Gregorius g VII.

**Q**uoniam b (ut ait scriptura) [ 1 & 7. ] Statuimus, ut facultatibus ecclesiarum vestrarum proventibus & expensis diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum, & statuere, ut bona eorum veniant in commune, in una domo vescantur, atque sub uno tecto dormiant & quiescant. Si qui verò contraditores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem officii & beneficii, aut graviore etiam poena, si opus fuerit, ad hanc observantiam eos compellere, appellatione non obstante. Indulgemus etiam ut si quisquam eorum, qui simul vivunt, pro manus i injectione in socium à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi & poenitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi forte atrocitas facti poenam graviorem exspectet. k

a Ca. 6. eod. tit. ne cler. vel monach. in 1. compilat. b Haec 2. verba, & barbam, desunt in omnibus manus. c Sub Alex. 3. c. 11. d Ca. 3. eod. tit. in 1. compilat. e Ab Episcopo arceatur. f Ad desierit. g Alex. al. VIII. al. IV. al. III. sed ut plurimum legitur octavus. h Ca. 10. eod. tit. in 1. compilat. confert concilium Trib. a. can. 73. Refert Grat. 12. q. 1. ca. 1. i Manuum. k Expositat.

M m m 2

[ 1 Præsumunt sensus hominis ad matrem ab adolescentia sua, sic ex sensualitate vergit caro in culpam, ita vigore spiritus præcedente, & subsequente divina gratia, animus nititur debet ad veniam, & remedia semper inquirere, quibus fruente occasiones mortis valeat declinare. Inde siquidem est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris ecclesiis pervenisse, quæ aut delictum in se aut occasionem habent delinquendi, per auct. Apost. sedis, cui ex dispositione Domini deservimus, prout datur ab eo, decrevimus obviandum, & auct. in vobis episcopalis officii, ad rescandam nocivam in subditis vestris, & inserenda utilia scriptis Apostolicis munitendam, recoleentes quod in veteri lege præcepit Dominus dicens: ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens manus ligna per singulos dies.]

## CAP. X.

Ecclesiasticae iudices & delegati gratis iudicare debent, nec exigere possint decimam, vel etiam quotam litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Innocentius III. Prælati & clerici

Lombardis.

Ubi ab omni a specie mali præcipiat Apostolus abstinere: [ 1 & infra. ] Sanè ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod cum ex delegatione nostra causas suscipitis petrastrandas, more b secularium super decima litis, vel parte alia pro diversa terrarum consuetudine præter expensas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus, pro salario convenitis. Nos attendentes, quod ad hoc vobis & aliis clericis sint ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honestè vivere debeatis: [ 2 & infra. ] Ideoque mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus decetero abstinentes, vigore iudicarium gratis studeatis litigantibus impartiri: non obstantes quod in fraudem à quibusdam proponitur, quod id exigatur nomine assessorum: cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, & venales sententia ab ipsis etiam secularibus legibus reprobentur.

[ 1 Nos qui licet indigni constituti sumus à Deo super gentes & regna, ut iuxta verbum Propheticum, evellamus & destruamus, edificemus & plantemus, summo opere debemus satagere, quatenus evellamus vitia, plantemus virtutes, destruamus iniqua & edificemus honesta. Sicq; nostra sollicitudine mediante prava transierunt in directa, & aspera convertuntur in plana: licet autem huiusmodi nostra sollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus & insipientibus sumus in iustitia debitores: tamen specialiter ad clericos, qui dormire debent à vitio, ut sint penna columbae de argentea, ne quid appareat in illis quod obscurat candorem ecclesiastica puritatis.]

[ 2 Nec vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculi inclinare. Cùm ergo opera vestra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar secularium ad turpe compendium vitium occasione arripere. v.v.p.a.f.]

## CAP. XI.

Ad evitandum scandalum, possunt religiosi diversi habitus, nisi ad prædicandum de novo conversis, se in unum superiorem habitum & propositum conformare.

Idem Livonens. Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt fratribus.

Deus qui ecclesiam a suam nova semper prole fecundat: [ 1 & infra. ] Ne igitur, si dispar in vobis observantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus

a C. 1. eod. tit. in 3. compil. 1. Theos. b In codice Barb. more sic iudicium. c Simile vide in l. 3. ff. quod cuiusq; uni. & in l. qua nteranda. ff. de op. leg. d C. 2. eod. tit. in 3. compil. vide extrar. Alex. IV. cum hora. quam inserimus post directorum inquisitor. inter litera Apost.

unum evangelium prædicatis, scandalum suscitetur. Mandamus, quatenus eo non obstante, quod inter vos monachi sunt, & canonici regulares, vel alii etiam regularem vitam sub alia distinctione & profelli, omnes pariter in unum regulare propositum & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis.

[ 1 Volens hac moderna tempora conformare prioribus, & fidem catholicam propagare, prædecessoribus vestris & vobis post eos prout inspiravit affectum, ut Livonen. ingressi provinciam paganam evangelizati nomine Domini nostri Iesu Christi, eorum sequentes exemplum quibus in evangelio legimus esse dictum: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: & de quibus Evangelicus sermo subiunxit: Illi autem profecti, prædicaverunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Attendens etenim Evangelicus ille paterfamilias quod messis est multa, operarii autem pauci, adiuvit mittit operarios in messem suam, & in hac quasi in decima hora vinea sua verè vos deputat vinutores, quorum labores pari cum primis denario recompenset. Unde cum Evangelizandi officium es assumpseritis inspirante, qui facit utraq; unum: oportet veritatis & charitatis spiritu ambulare, illorum sequentes exemplum de quibus legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.]

## CAP. XII.

Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinum in ecclesiis, vel per clericos fieri non debent.

Idem.

Ubi decorem d domus Dei: & infra. Interdum ludi sunt in ecclesiis theatrales, & non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra larvarum, verum etiam in aliquibus festivitibus Diaconi, Presbyteri, ac Subdiaconi infanx suæ ludibria exercere præsumunt: [ 1 & infra. ] Frat. v. mandamus, quatenus ne per huiusmodi turpitudinem ecclesie iniquetur honestas, prælibatam ludibriorum consuetudinem, vel potius corruptelam, curetis à vestris ecclesiis extirpare.

[ 1 Quia igitur ex officio nobis iniuncto domus Domini in ædibus comedat, & opprobria exprorantium ei super nos cadere dignoscuntur.]

## CAP. XIII.

Clerici debent continere, & castè vivere: contra facientes, poenitentia & severius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio uti.

Idem in concilio generali. c

Ubi clericorum a moribus & actus in melius reformatur, continenter & castè vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcaveant, maxime illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentia, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde, ac mundo corpore valeant administrare. Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentia vitio laborare, prout magis & aut minus peccaverint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus observari: ut quos divinus timor à malo non revocet, temporalis saltem poenitentia cohibeat à peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus præsumperit celebrare divina, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliabitur, verum etiam pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prælati verò, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ vel alterius

a Al. distinctione. b C. 4. eod. tit. in 3. compil. c Con. generale Lat. sub Innoc. III. c. 14. d C. 14. eod. tit. in 4. compil. e Al. vel minus. & c. f Lex diversa. & a. cum nisi. De res vend. & Inst. de pub. iud. §. stem lex Julia. commodi

commodi temporalis, pari subiaceant ultioni. Quæ autem secundum a regionis suæ morem non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur: cum legitimo matrimonio uti possint.

CAP. XIV.

Clericus crapulosus vel ebrius monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspendatur.

Idem in eodem b.

**A**crapula & ebrietate c omnes clerici diligenter abstineant: unde vinum sibi temperent, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incitetur: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abufum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit, ab officio vel beneficio suspendatur.

CAP. XV.

A negatus, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis & ornatu minus honesto præcipit clericos abstinere, & habitu honesto uti, cujus varietatem in pluribus exprimit & describitur.

Idem in eodem e.

**C**lerici officia f vel commercia secularia non exercent, maxime inhonesta. Mimis, jocularioribus, & histrionibus non intendant. Et tabernas proflus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis interint. Coronam & tonfuram habeant congruentem. Et ser officii ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exercent diligenter. Claustra deferant desuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Fannis rubeis aut viridibus, neque non manicis aut forularibus confuticiis, frænis, felleis, storalibus, calçaribus deauratis, aut aliam superfluentem gerentibus non utantur. Cappas manicatas ad divinum officium intra ecclesias non gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio & personabus constituti: nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos: nisi quibus competit ex officio dignitas. Pontifices autem in publico & in ecclesia suppetindumentis linceis omnes utantur: nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem. Palliis diffibulatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hincinde connexis.

CAP. XVI.

Clericus qui tertio monitus à negotiationibus secularibus non abstinet, interitus perdit, quoad bona privilegium clericale. h. d. Et est textus multum no. & qui quotidie allegatur.

Honorius III. Ambianen. Episc. g

**E**x literis h Pontini Comitum intelleximus, quod quidam clerici suæ terræ potius secularibus & negotiationibus, quàm officiis divinis intendunt: & gaudere volentes privilegio k clericali, nolunt statuti patriæ (quibus quoties expedit, sicut laici se ruentur) in negotiationum suarum l quæstibus subiacere: [ i & infra. ] Monemus, quatenus si tales tertio à te commo- niti ab huiusmodi non respuerint, sed prætermisiss di-

a Hoc dicitur propter Gracos. b Conc. Later. sub Innoc. 3. c. 15. c Ca. 3. eod. tit. in 4. comp. d à beneficio vel officio susp. e Lat. sub Innoc. 3. ca. 16. f Ca. 4. eod. tit. in 4. comp. conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 6. & sess. 22. c. 1. g Ambien. al. Abien. al. Abianen. al. Abienen. h Vid. Geminianum in c. 5. De off. del. in 6. i al. negotiis. k privilegium clericorum. l Vid. l. quæst. Cod. de re iud. & l. si proponas. 4. i. ff. de inoff. test.

vinis officiis, negotiationibus insisterint a supradictis, cum facto abiciant privilegium clericale, tu quo minus, dum his se implicent, de suis facultatibus, statuti & consuetudinibus patriæ subiaceant, non defendas eosdem.

[ i Unde quia magnum ex hoc scandalum inter laicos generatur, nobis humiliter supplicavit, ut vel compelli huiusmodi clericos ad servendum ecclesiæ, illicitis secularibus negotiationibus postpositis, mandavimus, vel pateremur eos quoad facultates eorum statuti & consuetudinibus patriæ subiacere. Cum igitur prædilla in clericali ordinis vituperium redundare noscuntur, & clericorum vita generare non debet laici scandalum, sed præstare honestatis exemplum. f. i. ]

DE COHABITATIONE CLERICORUM & MULIERUM.

TITVLVS II.

CAP. I.

Clericus non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater vel alta consanguinea.

Ex concilio Moguntin. b

**I**nhibendum c est, ut nullus sacerdos foeminas, de quibus suspicio potest esse, retineat. Sed neque illas quas canones concedunt, matrem, amitam, & fororem: qui instigant diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earundem. Sed si qua de his necessitatem habuerit, Presbyteri habeant in vico aut in villa domū longè à sua conversatione: & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrent. Prohibendum quoque est, ut nulla foemina ad altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare sive sedere.

CAP. II.

Excommunicatur clericus in sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel eorum consortio, monitus non desistit.

Ex decreto Eugenii Papæ.

**S**i quisquam d sacerdotum, id est, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, de quacunque foemina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inveniatur fabulari, & aliquo modo conversari cum ea: excommunicationi subdatur: foemina verò canonicè iudicetur.

CAP. III.

Non debet prælatus clericum cogere ad concubinam abjurandam, sed eam nolentem dimittere, potest excommunicare.

Alexander III. Saler. Archiepiscopo.

p. c. cum tu.

**C**lericos in sacris ordinibus e constitutos, qui publice tenent concubinas, ad eas abjurandas volumus à tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolice fraudis redeunt, perjurii reatum incurrant. Verum ipsos per suspensionis & interdicti sententiam debes arctius cogere, ut mulieres ipsas à se ita removeant, quod de illis sinistra suspicio non possit haberi. Et si qui eorum de ipsas redire, vel alias accipere fortè præsumperint, in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre, ut alii eorum f exemplo perterriti, à similibus arceantur.

a Uruntur. b Hoc reperio in conc. Namnetensi c. 3. c Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. d Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. Vid. conc. Later. sub Leone 10. sess. 9. de reform. Curia & alior. e Ca. 4. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 18. c. 1. f In C. Bar. ut alii exemplo illorum à similibus, &c.



CAP. IV.

Si clerici moniti concubinas non dimittunt, suspenduntur à beneficiis, & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem Cantuarien. Archiepiscopi. & eius suffraganeu.

Sicut a ad extirpanda: [ 1 & infra. ] Frat. ve. mandamus, quatenus clericos vestra jurisdictionis, qui in subdiaconatu & supra fornicarias habuerint, studiosè monere curetis, ut à se illas removeant, eas ulterius minime admittunt. Si vero ad quiete contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam suspendatis. Et si eas suspensi praesumpserint detinere, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere curetis.

[ 1 Ut vitia qua periculum parant animarum, summopere deest intendere, ita etiam nos convenit gramina propagare virtutum, ex quibus fidelibus saluti augmentum, & sacri ecclesie decor proveniat honestati. Unde cum in Anglia prava & detestabilis consuetudine & longo tempore sit obtenta, ut clerici fornicarias in suis domibus habeant, nos volentes tam grave scandalum de populo removere, & praedictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere. ]

CAP. V.

Littera à clerico concubinario suspensa super absoluteione (tacita facti serio) obtenta, non valet.

Idem Eboracen. Archiepiscopi.

Super eo verò b, quod adseris A. Presbyterum fornicariam detinentem, propter hoc ab officio suo suspensum: [ 1 & infra. ] Poterit si litteras à nobis obtulerit, quæ facti seriem non contineant, nolimus illas sibi prodesse.

[ 1 Trud. t. r. r. quod si super hoc appellatum sit ad praesentiam nostram, si contingat ipsam ad nos accedere prout expedire debemus, pertinaciam eius & audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad praesentiam nostram, suspensionem in eum sententiam propter hoc latam tandem volumus observari, donec fornicariam suam à se prorsus abiciat, & vivat sicut decet Presbyterum continentem. ]

CAP. VI.

Si clerici moniti non dimittunt concubinas, suspenduntur à beneficiis, & si se non corrigunt, deponuntur.

Idem Londonen. Episcopo c.

Si autem d clerici tuae jurisdictionis (sive in sacris ordinibus sive in inferioribus constituti) fornicarias detinent: nisi eas ad secundam vel tertiam commonitionem à se dimiserint, easdem de cetero contempnari, liceat tibi e eos ecclesiis, vel earum portionibus appellat. postposita spoliare, officio ipsis nihilominus interdicto.

CAP. VII.

A clerico fornicario, quantum toleratur, nec habet operis evidentiam, licet audiantur divina, & percipiuntur ecclesiastica sacramenta: à notorio verò abstinendum est, non quia in sacramento sit defectus, sed ad ipsorum fornicariorum emendationem, hoc dicit, inharendo verbis littere.

Lucius III. f. Ex concilio Moguntino.

Vestra duxit devotio & inquirendum: [ 1 & infra. ] Alicubi dicitur: nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere, alibi verò legitur: non potest aliquis, quantumcunque pollutus fuerit, divina polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum cogitationum existunt. Qualiscunque b e-

a Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 2. b Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 9. c al. Laudon. al. London. d Ca. 7. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 18. c. 8. e In C. Barb. ubi ab ecclesiis suis, &c. f al. Urban. 3. g C. 1. eod. tit. in 2. comp. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 30. c. 38. h In Cod. Barb. qual. sacerdos sit, quæ sacra sunt, &c.

rum sacerdos sit, quæ sunt sancta, coquinari non possunt. Sumite ergo ab omni sacerdote Christi mysteria: quia omnia in Christi fide purgantur. Ceterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur occultum, quod ab ecclesia toleratur. Ceterum aliud est, quando crimen notorium non differtur Presbyter, vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud est penè occultum, quod ab ecclesia toleratur. Item aliud est à talium officiis abstinere, ut peccandi licentia ceteris auferatur, & huiusmodi ad poenitentiam fructum trahantur: atque aliud si tanquam in fornicatione jacentium, talia mysteria respiciantur. Sine dubitatione itaque teneatis h, quod à clericis & Presbyteris, quanquam fornicariis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiam, licet divina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica.

[ 1 Ut consulamus fratris nostri Parochiales ecclesie adnotibus, quare non clericis concubinas habere credantur. de his videtur diversa sacrorum canonum sententia emanasse. ]

CAP. VIII.

Si fornicatio clericis est ita publica, quod transit in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famam, non sufficiens ad condemnationem sola testimonia, ad testis non juratorum: sed si ex hoc oritur scandalum, induitur purgatio, in qua deficiens canonicè punitur.

Innocentius III. Exon. Episcopi.

Tua nos duxit fraternitas consulendos t, si de clericis publicè concubinas habentibus, qui quando à te conveniuntur, se esse concubinos diffidentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nosigitur con. t. t. respond. quod si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius: cum huiusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si verò publicum non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt: cum non sit testimonis, sed testibus judicandum. Sed si de clericis ipsis talis habebatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo d, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quam si prestitere noluerint, vel e defecerint in praesentia, eos canonica debetis f animadversione punire.

CAP. IX.

Breve est: unde non summat.

Idem Pistoriensis Episcopi.

A Nobis g tua fraternitas requisivit: & 7. Cum clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale fordes nihil permittat savi criminis suspicari.

CAP. X.

Clericus concubinarum in officio visitandus non est, nisi sit notorius.

Gregorius IX.

Quæsitum est de clericis in fornicationem lapsis, si eorum sit officium prius, quam poeniteuerint, audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quoad seipsum constat esse suspensum, non debet tamen in officiis evitari: quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, seu confessio-

a Ministeria. b retineant. c Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. Vid. Anton. Gomezium tom 3. Var. resol. c. 1. & Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 9. d Vid. l. si alium. ff. de dolo. & l. acquiescentem. ff. de usup. e In Cod. Barb. vel si def. f debet. g Ca. 2. eod. tit. in 2. compilat.



nem factam in iure, aut per evidentiam rei, quæ tergiyer-  
fatione aliqua celari non possit.

bilem continentem, officio suo restitui poterunt, & ex in-  
dulgentia sui Episcopi ejus executionem habere.

CAP. V.

Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contracti  
matrimonii: collata vero postmodum scienter per Episcopum, per  
eundem auferri non possunt, sed per superiorem, h. d.

Innocentius III. Norwicens. Episc.

Diverfis & fallacis: [ 1 & infra. ] Accepimus au-  
tem, quod quidam clerici tuæ diocesis, qui matri-  
monium contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere  
conterdunt: in quorum conversatione cithara cum  
Psalterio male concordat. Cum ergo vir cogitet quo-  
modo placere possit uxori, & ideo minus, quæ Dei sunt  
valeat cogitare, cum quasi divisus in duo b plenam sui  
non habeat potestatem: ut ei, à quo stipendium reci-  
pit plenius famuletur, mandamus, quatenus huiusmo-  
di clericos beneficiis ecclesiasticis, quæ in tua diocesi  
sunt adepti, prives app. re. præsertim cum rerum eccle-  
siasticarum substantia per tales soleat deperire. Nisi for-  
tè tu talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia:  
quibus eos non perdes, sed per c superiorem decernimas  
spoliandos.

[ 1 Homines circumventi, Deo & mam. none famulare conan-  
tur. Cum tamen secundum Evangelicam veritatem nemo possit duo-  
bus Dominis servire, quoniam si unum dilexerit, alium habebit ex-  
clusum, aut uno contempto, alium sustinebit. ]

CAP. VI.

Filius sacerdotis Græci ex uxore genitus licite inter Latinos pro-  
moveretur, si scandalum non obstitat, h. d. Et est casus notabilis.

Idem d. Archerontio Episcopo.

Cum olim e ad nostram audientiam pervenisset, quod  
canonici Anglorum, f cantorem g Tricaricem sibi  
elegerat in pastorem: [ 1 & infra. ] Licet tibi de for-  
ma electionis canonice, ac idoneitate personæ, in aliis b  
constitisset: movit te tamen, quod cum pater ejus Græ-  
cus fuerit z, & juxta ritum Græcorum uxorem duxerit k  
in minoribus ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex  
uxore legitima in sacerdotio suscepisset. Nos igitur at-  
tendentes, quod Orientalis ecclesia votum continentie  
non admittit, quoniam Orientales in minoribus l ordi-  
nibus contrahunt, & in superioribus utuntur matrimo-  
nio jam contracto: mandamus, quatenus nisi pro eo,  
quod inter Latinos Græci huiusmodi conversantur, re-  
gionis consuetudo repugnet, si aliud canonicum m non  
obstitat, ad confirmationem & consecrationem ejusdem  
sine dubitatione procedas.

[ 1 Tibi deditus in mandatis, ut examinata electione diligen-  
tius, & persona, si electionem canonicam, & personam idoneam  
invenires, electionem ipsam auct. Apost. confirmares, sicut Metro-  
polititanus in ceteris processurus. ]

CAP. VII.

Clericos conjugatos non beneficiatus, non cogitur deferre ton-  
suram.

Idem Episcopo Pictavensi.

Ioannes n nobis conquerendo monstravit, quod tu  
leum, quæquam jam dudum uxorem legitimam duxe-  
rit, pro eo, quod prius in acolythum fuerat ordinatus,  
compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalem, ex qua

a Ca. i. eod. tit. in 1. compil. post conc. Later. sub Alex. 3. c. 2.  
b Tales ex hoc facto suspecti sunt de hæresi. Bern. Dias in pract. crim.  
can. c. 7. s. c Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. post conc. Lat. p. 18. can. 5.  
d Verulan. al. Verulan. al. Verulan. e Ca. 3. eod. tit.  
in 1. compil. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 50. c. 7. f attentulati.  
g Ca. 1. eod. tit. in 2. compil. vid. Felien. in ca. sta. nos. de iurejur.  
h dicenda.

DE CLERICIS CONIUGATIS.

TITVLVS III.

CAP. I.

Matrimonium contractum per clericum existentem in sacro, non  
tenet: factis in minoribus, sed tunc cogitur dimittere beneficium.

Alexander III.

Si qui a clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia eccle-  
siastica, & retinendas uxores distractione ecclesiasti-  
compellatis: Sed si in Subdiaconatu b & aliis superi-  
oribus ordinibus uxores accepisse noscuntur, eos uxores  
dimittere, & poenitentiam agere de commissis, per su-  
spensionis & excommunicationis sententiam compelle-  
re procuretis.

CAP. II.

Conjugatus ad administrationem, & ad ordinem ecclesiasticum,  
vel beneficium non promovatur, nisi castitatem promittat, & non  
si diximus.

Idem Hieron. Episc.

Sanè [ 1 & 7. ] Provideas e attentius, ne deinceps  
clericus conjugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sa-  
cros ordines, aut administrationes ecclesiasticas admit-  
tatur: Nisi forte castitatem voveret perpetuam, & qui  
unicam & virginem habuisset uxorem.

[ 1 De clericis inferiorum ordinum qui in conjugio constituti  
sunt ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorum habuerunt, à  
quibus sine magno discrimine ac effusione sanguinis non possunt pri-  
vari: s. i. id ducimus respondendum, ut. ]

CAP. III.

Si clericus in majoribus beneficiis matrimonium contrahat,  
privatur beneficio, & quod dedit ecclesie, sibi restituitur. h. d. Et in  
ultimo est casus not. & multum a. & c. h. i.

Idem Verulan. d. Episcopo.

Quod e à re: [ 1 & infra. ] Verum clerici infra  
Subdiaconatus ordinem constituti, qui contineri  
carum devoti vitio non valentes, uxores accipiunt, eccle-  
siastico beneficio canonice debeant spoliari. Id volu-  
mus te tenere, quod cum simul volu statibus & carnali-  
bus desideris, ac divinis & ecclesiasticis obsequiis vacare  
non valeant, ob immunditiam suam ecclesiasticis sacra-  
mentis indigni tractandis, ecclesiasticis proculdubio be-  
neficiis sunt privandi. Sanè si ecclesiis, quibus f intulati  
fuerant, de possessionibus aut aliis bonis aliqua  
contulisse noscuntur: cum ab earundem ecclesiarum  
ministerio fuerint & beneficio sequestrati: ad ipsos recta  
via debent abiq; contradictione redire.

[ 1 Quod fraternitatu tua quarit industria. ]

CAP. IV.

Peracta poenitentia, dispensatur Episcopi cum sacerdotibus, qui  
matrimonium de facto contraxerunt.

Idem.

Sanè g sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, qua-  
non nuptiæ, sed contubernia sunt potius h nun-  
cupanda: post longam poenitentiam, & vitam lauda-

a Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. post conc. Later. sub Alex. 3. c. 2.  
b Tales ex hoc facto suspecti sunt de hæresi. Bern. Dias in pract. crim.  
can. c. 7. s. c Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. post conc. Lat. p. 18. can. 5.  
d Verulan. al. Verulan. al. Verulan. e Ca. 3. eod. tit.  
in 1. compil. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 50. c. 7. f attentulati.  
g Ca. 1. eod. tit. in 2. compil. vid. Felien. in ca. sta. nos. de iurejur.  
h dicenda.

inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum de consuetudine terræ tuæ clerici uxorati non cogantur inviti portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaudere: mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum oporteat secularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius secularia exercens videretur profectò in ministerii nostri virtutem redundare.

CAP. VIII.

*Uxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habent.*

Idem.

**C**um a decorem: & infra. Eos qui sunt publicè uxorati, non admittatis de ceterò ad ecclesiasticas dignitates: dimissis ab eis, quas non possunt sine pravo exemplo & gravi scandalo retinere.

CAP. IX.

*Clerici conjugati, in rebus suis non gaudent privilegio clericali. Honor. III. H. quondam Regina Anglorum.*

**E**t terræ tuæ (habitu & tonsura clericali & relicti) publicè ducunt uxores: [ 1 & infra. ] Vt tamen consuetis institutis & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram d' resument obiectam: [ 2 & infra. ] Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt: & eandem tonsuram deferunt, ut eodem e' prætèxtu excusari valeant à prædictis: [ 3 & infra. ] Cum igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: æquanimitèr duximus tolerandum, si f' à talibus iustitias debitas velut ab aliis uxoris exigas & servitia consueta.

[ 1 De his qui huius mundi sunt solliciti, & quomodo placeant uxoribus existentes: qui licet negotiationibus & aliis negotiis secularibus insistant. ]

[ 2 Quatenus ipsius prætèxtu ab huiusmodi ut clerici excusentur, quanquam non militent Domino, sed potius mundo, ut ceteri uxorati. ]

[ 3 Et ven. f. n. Episc. & dil. fr. Decanus & Archidia. & capitulum Commanense ipsos tanquam clericos in subtractione servitorum tuorum severè nituntur, in tuum præiudicium & gravamen. ]

CAP. X.

*Si clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum clericalem.*

Idem g.

**V**t consultationi h' tuæ breviter satisfiat, respondemus, quòd R. milestuz diocesis, qui olim cum in minori esset constitutus atate, tonsuram tantum & coronam clericalem assumpsit, non est cogendus deferre habitum clericalem.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

TITVLVS IV.

CAP. I.

*Episcopo non licet sine licentia Papa transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando, alius prævatur habito & ambito, hoc intendit cum glossa.*

Ex concilio Sardicensi k.

a Ca. 4. de vit. & hon. cler. in 3. comp. b dimissu. c duxerunt. d reassument. e eo prætèxt. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 23. f. al. ut à tal. sed in antiquis ita legitur ut est impressum. g ep. Langonens. h Vid. notas nostras in hanc decr. i Vid. conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & 2. & sess. 23. de reform. c. 1. k Conc. Sardic. c. 1. Burch. h. dec. c. 79. lvo p. 3. c. 183.

**N**on liceat Episcopo de civitate sua transire ad aliam.

Manifesta est enim causa, pro quo facere hoc attentat. Cum nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transierit.

CAP. II.

*Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet, h. d. Et est iste textus multum notabilis.*

Leo IV. a.

**E**xgestis b: [ 1 & infra. ] In qua synodo Anastasius Presbyter Cardin. titu. beati Marcelli ab omnibus canonicè est depositus. Eo quòd parocciam suam per annos quinque, contra canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

[ 1 Re. Pontificum consilio Letharii & Ludovici Imperatorum Sanctam & Ven. LXVII. Episcoporum in ecclesia bea. Petri Synodum congregavit. ]

CAP. III.

*Uni plures dignitates vel ecclesie conferri non debent, & cuius est conferenda illi, qui residere & regere valeat per seipsum: alius perdit ecclesiam, & donans conferendi potestate privatur.*

Ex concilio Lateranen. c.

**Q**uia nonnulli d' modum avaritiz non ponentes, dignitates diversas ecclesiasticas & plures ecclesias parociales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum: neid de ceterò fiat e, districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiastico ministerium f' committi debuerit, talis ad hoc persona quaratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere. Quòd si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones g' accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestate privetur.

CAP. IV.

*Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si appati, quòd nolit residere, non debet instrui per superiorem: confirmatus autem non iusta causa non residens, prævatur appellatiõne remota.*

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

**R**elatum h' est nobis, quòd cum in Lateran. concilio statutum sit, ut personali ecclesia vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad ecclesias præsentati hoc se posse adfirmant, sed efficere contrarium: [ 1 & infra. ] Cum igitur verba accipienda sint cum effectu, tales si presentati fuerint, non debent admitti, & admissi poterunt amoveri: nisi forte de licentia superiorum prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellatiõnis diffugium, si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit interiectum i.

[ 1 Ad id nos consilium voluisti, an propter hoc possit tales presentatos repellere, vel institutos ad se, sub. removere. Tua igitur providentia immoretur quòd. ]

CAP. V.

Breve est, nec potest brevius sumari.

Idem Eboracen. Archiepiscopo.

**F**raternitati k' tuæ: [ 1 & infra. ] Præterea clericum alterius diocesis absque commendatitiis literis sui Episcopi non debes recipere; nisi pro eo receperis ab Apost. sed. l' mandatum.

a al. tertius. b Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. c Concil. Lateran. sub Alexand. 3. c. 13. nam cum aliud non dicitur, intelligendum de Lateran. sub Alex. 3. d Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. e al. ita: ut id de cetero non fiat. f officium. g receperit. h Ca. 4. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 5. c. 1. i Vid. l. si qua pœna. cum concord. ff. de verb. signifi. k Ca. 1. eod. tit. in 2. comp. l' Apost. sedis.

[ 1 Dicitur



[ 1 Duximus indulgendum, ut se clerici, qui in ecclesia tua iurisdictionis beneficium sunt adepti, qui ad aliam diocesim absque licentia & assensu tuo morandi causa transfugerint, liceat eos tibi beneficium quo habent a te, ex polare, nisi forte scholasticis disciplinis insigilaverint, aut rationabilem tibi causam ostenderit, quare reverti non debeant.]

CAP. VI.

Qui non residet in beneficio etiam modice estimationis, illo privatur.

Idem Langonensi Episcopo.

Conquerente a nobis R. Presbytero accepimus, quod G. clericus ab eo pro ecclesia sua, de qua vitæ necessaria vix potest percipere, annuatim viginti solidos extorquere conatur, adferens beneficium istud in eadem ecclesia sibi fuisse collatum: [ 1 & infra. ] Frat. t. mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod dictus G. habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem ecclesie non deferviat, sibi super præscripto beneficio silentium (sublato b impedimento appellationis) imponas.

[ 1 Quamquam eidem ecclesie sicut accepimus non deferviat, & alia ecclesiastica beneficia sufficientia habeat & possideat ab ecclesia. Quoniam igitur indecens est & non consentaneum rationi, ut idem B. cum alia ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat, & possideat, ab ecclesia cui non deferviat, beneficia quarat.]

CAP. VII.

Qui est in servitio Episcopi, percipit fructus beneficium tanquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.

Idem.

Decretio e: & infra. Statuimus ne canonicis, donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel auferri, quod de communiter sibi beneficio debetur: Nisi forte sint victualia, quæ non consueverunt absentibus exhiberi.

CAP. VIII.

Trivandus est pralatus vel clericus non residens, qui citatus non revertitur in terminis præfixis, nisi habeat iustum impedimentum, h. d. cum duobus sequentibus.

Celestinus d IIII.

Ex parte vestra e nostro fuit Apostolatus referatum, quod ecclesia vestra Decanus, qui in partibus Gallicis sibi potius habitationem elegit, jam per decem annorum spacium ecclesia vestra ipsius præsentiam habere nequivit. Quia ergo nolumus, ut eadem ecclesia Decani officio defrauderetur, mandamus, quatenus scribatis eidem, quod suum ibidem officium, ut Decanus debeat exercere. Quod si vocatus venire noluerit, eligendi alium, qui præfelle ecclesie vestre valeat & prodesse, vobis extunc concedimus liberam facultatem.

CAP. IX.

Summatum est in capitulo præcedenti.

Innocentius III. cap. Ragusino.

Valiter Archiepiscopus g vester temeritate propria recessit ab ecclesia Ragusensi, nec jam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam vestras revocatus: [ 1 & infra. ] Dilect. v. mandamus, quatenus (nisi forsitan jam redierit) vos post mensem a receptione præsentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopum eligatis.

[ 1 Vestra universitas plene novit, cum se pius apud nos deposuerit super hoc querelam, & vobis concedi postulaverit licentiam eligendi. Nos autem expectantes diutius duximus

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. b Alias, obfuculo. c Ca. 4. tit. de prob. in 1. compil. d Alias, Clement. e Ca. 8. eod. tit. in 2. compil. vid. Felin. in c. 2. de refer. f per decem annos. g Ca. 1. eod. tit. in 1. compil.

expectandum, si forte revertetur ad cor, & ad ecclesiam suam quantum taliter reliquerat remearet. Nolentes igitur quod diutius ecclesia ipsa pastorali maneant consolatione destituta.]

CAP. X.

Summa ut in capitulo, ex part. sup. eodem.

Idem (Constantinop. Patriarcha.)

Inter quatuor a animalia: [ 1 & infra. ] De clericis, qui ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa deserunt, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, postmodum iuste privari, dummodo non sint iusto impedimento detentii.

CAP. XI.

Si necatur ubi sit clericus, tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua: & si intra sex menses non revertitur, privabitur ecclesia sua, h. d. usq. ad vers. contra eos.

Idem Archiepiscopo Pamormitano b.

Ex tua e devotionis d. & infra. In ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, trina citationis edictum facias publicari: & si nec sic curaverint obedire, & ultra sex menses suas deseruerint ecclesias, iuxta e sanctiones canonicas, eis debent merito spoliari.

Iste versic. non summatum propter varietatem lectionum, & quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum malitia poterit emoliri, eos B. ti. sanctæ Sufannæ Presbyter. Card. Apost. sed. leg. a spiritualium administratione removeat, & quibus præfunt ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri, sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expedit) facilius agi possit.

CAP. XII.

Privilegiatus ut absens in studio fructus præbendæ recipiat. Existens in villa vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.

Idem Antistiodorensi g Episcopo.

Vx fraternitatis discretio h postulavit. & infra. Quæ sivist præterea, ut quum interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt vel castella, in quibus nullum est vel minus competens exercitium studiorum: utrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? Ad id quod breviter respondemus, eis qui huiusmodi fraudem committunt (cum fraus & dolus nemini debeat k patrociniū impartiri) præfatam indulgentiam competere non debere.

CAP. XIII.

Qui juravit in ecclesia residere, pro servitio ecclesie licite se absentat.

Honorius III. proposito de Valeris.

Ex parte l tua fuit propositum, quod tempore quo recepisti præposituram de Valeris, præstitisti de facienda residentia iuramentum: [ 1 & infra. ] Postulatione t. r. quod si te non absentando in fraudem, præposi-

a Sup. de major. & obedient. inter quatuor. & cap. 2. eod. tit. in tertia compilat. b Alias, Patracen. c Cap. 3. eod. tit. in 3. compilat. d dilectionis. e Hæc verba, iuxta s. canon. desunt in omnibus manuscriptis. f Alias istorum, alia illorum. g Alidias. h Cap. 4. eod. tit. in 3. compilatione. i Alias, taliter resp. quod ea, &c. k alia, debeant. al. debent. l De materia iuramenti huius spectante, vid. las. in l. si pecuniarum. ff. de cond. ob causam.





tura tua jura fideliter prosequeris, cum ex hoc censeris debeas residens, perjurium non incurris.

[ 1 Præstato insuper juramento promittens, quid homines & jura ipsius præpositura manteneas & defendas. Cum autem prosequendo jura præpositura residere interdum in ecclesia memorata non possis, de juramento super ipsa residentia præstato metuenti, provideri tibi super hoc à nobis humiliter postulasti. Nos vero.]

CAP. XIV.

Familiaris Papa (non obstante constitutione contraria) præbenda sua fructus percipit in absentia.

Idem Capitula Metens. a

Cum dilectus filius Magister Otto: [ 1 & infra. ] Mandamus, quatenus non obstante constitutione, quæ contra absentes canonicos inter vos dicitur mansisse, fructus præbende suæ assignetis eidem, in nostro servitio commoranti: Cum familiares nostri b, qui circa nos se obsequiales exhibent univertis c, minori non debeant prærogativa gaudere, quam vestrum singuli, quorum negotia per seipsum sapienter promoventur.

[ 1 Canonici eccles. vestra, scriptor noster, grata nobis jugiter impendat obsequia, & non minus si sit absens, quam præsens, eidem ecclesia utilis habeatur, univertitatem vestram rogandam duxerimus & monendam, per Apost. sedem vobis.]

CAP. XV.

Duo canonici absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione ecclesia contraria non obstante.

Idem Melden. Episcopo.

Audientiam nostram pervenit, quod cum in Melden. ecclesia quædam sit constitutio vallata juramento, & auctoritate sed. Apostol. confirmata, ut canonici, qui non resident in eadem, suarum priventur fructibus præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, seu in Apostolicæ sedis servitio contingeret detineri: [ 1 & infra. ] Decernimus, ut duo ex canonicis ecclesie memorata, in tuo servitio existentes, suarum fructus integre percipiant præbendarum: cum absentes dici non debeant, sed præsentibus, qui tecum pro tuo & ipsius ecclesie servitio commorantur.

[ 1 Quos peregrinationis labor, aut studia traherent literarum. Decanus & quidam canonici ecclesia memorata, occasione constitutionis hujus, canonicos in tuo servitio commorantes præbendam suarum privare fructibus moluntur. Unde cum tibi plurimum expediat aliquos canonicorum ipsorum in tuo servitio retinere, nobis humiliter supplicasti, ut super hoc necessitati tuæ consulere dignaremur. Volentes igitur sic constitutionem moderari supradictam, ut dicta ecclesia fructum sentiat ex eadem, & tu per nos ab usum dispendium non incurras: præsentium auctoritate.]

CAP. XVI.

Si ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire coguntur, hoc dicit. Et est bonus textus, & potest multum proficari.

Gregorius IX. Patriarcha Antiochia Apost. sed. legato.

Cum ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: & infra. Sanè nobis innovuit, quod ecclesia d Antiochena multis ex servitoribus ejus absentibus esse ferè destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentiis e, & prædecessorum tuorum licentia, absentes canonicos & assistos

a Meden, alias Dition. b Vid. Ludomen. Gomez. in reg. de impet. bene. vac. per obit. familiaris Cardinalium. quæstion. 13. c Vid. leg. sed & reprobari. h. penultim. per Bald. ff. de excus. tutor. d Antiochia. e Vid. leg. 2. per Bald. ff. ne quid in loco publico.

revoce ad residendum in ecclesia supradicta: & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi ecclesia facias congruè a deserviri, in utilitatem ejusdem, quod ex præfatis beneficiis superfusis, convertendo.

CAP. XVII.

Privatur beneficio clericus non residens, si mentis non redens, nec justam excusationem alleget. h. d. & est casus notabilis.

Idem.

Clericos in ecclesiis tuæ jurisdictionis beneficiis, quæ residentiam exigunt, adsecutos, si ad alterius dicesim absque licentia tua morandi causa transierint, licet tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationalem ostenderint) spoliare.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

TITVLVS V.

CAP. I.

In bonis ecclesiis non succeditur iure consanguinitatis. Ex concilio Pictavica. h

VT nullus e de clero sive populo ecclesiastica bona a jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

CAP. II.

Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo. In corpore canonum.

Non liceat e ulli Episcopo ordinare clericos, & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis unde vivere possint.

CAP. III.

Bona ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam iniqua propria vindicare.

Gregorius Anthemio Subdiacono.

Ratio nulla f permitit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cupidissimè usibus applicetur.

CAP. IV.

Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo inde vivat, providere tenetur ei de suo, donec aliquis titulum fuerit consecutus.

Alexander III. in concil. Lateran. g

Episcopus si aliquem h sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit: tandiu ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia ei convenienti stipendia militie clericalis assignet. Nisi talis ordinatus de sua i vel paterna hereditate, subsidium vite possit habere.

CAP. V.

Non debent Episcopi permittere quem plures ecclesie obtinere.

Idem in eodem k.

Quia i in tantum quorundam processit ambitio, quæ non duas vel tres, sed plures ecclesias perhibeantur habere, cum nec duabus possint debitam provisionem impendere. Per fratres & Coepiscopos nostros hoc m emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum n canonicis inimica, quæ dissolutionis materiam & evagationis inducit, certumque continet peri-

a Deservire. b Hoc consilium nondum repertum fuit plerumque aliis. c Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. d beneficia. e Ca. 2. eod. tit. in 1. compil. f Ca. 3. eod. tit. in 1. compil. g Lib. 11. epist. 29. super 31. Ind. G. regis. h Ca. 2. eod. tit. in 2. comp. i ad de sua paterna hereditate, quod non probat. k Ca. 14. 1. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. in hac. n Vox, præbendarum, non est in antiquis, nec in concilio.

culum



culum animarum, eorum, qui ecclesiis deservire valeant, indigentiam volumus sublevari.

CAP. VI.

Ad mandatum Papa non tenetur quis providere illis, qui beneficium in literis vacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. h. d. Et in ult. est isto textu semper menti tenendus.

Idem.

Ubi a teneamur: [ 1 & infra. ] Si mandatum nostrum pro alicujus provisione receperis, qui aliud beneficium, de quo valeat commodè sustentari: nisi forte in literis ipsius de hoc mentio habeatur: aut si non potest ei sine scandalo provideri: æquanimiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum.

[ 1 Ex debito suscepti regimini provisioni clericorum intendi, tibi & aliis ecclesiarum prælatis pro eis scripta nostra dirigimus: interdum etiam super illorum provisione, qui aliud sufficienti beneficium habere nesciunt. Verum aliquando ignoramus eos habere aliud beneficium, pro quibus tibi & aliis ecclesiarum prælatis scribimus. ]

CAP. VII.

Habens plures ecclesias, alteram eligere & alteram dimittere compellitur.

Idem.

Referent. b Presbytero accepimus, quod cum duobus haberet ecclesias, Archidiacon. tuus ipsum altera spoliavit: & cuidam Presbytero G. e nomine adsignavit eandem, prædictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad Metropolitanum, videlicet Rhemen. Archiepiscopum appellavit. Cumque de mandato ejusdem Archiepiscopi in prædicta ecclesia restitutus fuisset, præfatus Archidiaconus eundem I. pro eo, quod ad præsentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem d ipsum a sententia, qua tenebatur, facientes absolvi, tibi mandamus, quatenus præscripto I. de prædictis ecclesiis una quam malueris relicta, alteram præfato G. si ecclesiam non habet s. non differas adsignare. Alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio ecclesiastico carenti incunctanter adsignes.

CAP. VIII.

Præbenda & dignitates non debent dividit, nec etiam permutari.

Idem Concilio Turonensi g.

Majoribus b ecclesiarum beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum præbendæ partiantur sectionem. Idcirco ut sicut in magnis, ita quoque in minimis membris suis firmitatem ecclesia habeat unitatem, divisionem præbendarum, aut dignitatum permutacionem fieri prohibemus.

CAP. IX.

Receptus in canonicum ex promissione capituli, debet quando factus si obtulerit habere præbendam, vid. ca. 2. de concess. præbend. in 6. cum gloss.

Idem Casuarien. Archiepiscopo k.

Relatum l est: [ 1 & infra. ] Quoniam igitur dignum est, ut postquam Magister I. in ecclesia tua canonice

a Cap. 1. eod. titul. in 1. compilation. & post concil. Lateranen. part. 10. ca. 2. b Ca. 9. eod. titul. in 1. compilation. & post concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 30. ca. 3. c alt. S. d al. his autem a sententia qua deturbatur, eum facientes, & cetera. e præscriptu. f habet. g vid. Ant. Aug. in not. 1. compil. h Ca. 10. eod. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. part. 30. ca. 2. i vid. l. cui patet. per Barr. ff. de servit. expon. k Sard. Episc. l. Ca. 11. eod. tit. in 1. compil. cum hodie sit correcta hæc decre. per ca. 2. de concess. præb. in 6. vid. ibi gloss. & Decium in ca. ex par. 11. supra, de officio delegat.

cus est institutus, & à te habuit in promissis de conferenda sibi prima præbenda, cum in ecclesia ipsa vacaret, ut debeat præbendæ integritate gaudere: mandamus, quatenus si idem I. in ecclesia tua est canonicè institutus, & in choro & capitulo & aliis, quorum usus est communis, potestatem sicut canonicus habet, ei præbendam si qua nunc vacat, vel cum ibi primò vacaverit secundum promissionem tuam concedas liberaliter & adsignes: quia non est congruum, ut præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus.

[ 1 Avaribus nostris, quod cum dicitur. fil. n. Magister I. in ecclesia tua sit per te canonicè institutus, & in choro & capitulo & aliis locis, quorum communis est usus, plenam sicut canonicus habens potestatem, nondum sibi præbendam juxta promissionem tuam assignari curasti, licet post promissionem tuam plures præbende in ipsa ecclesia vacasse dicantur. ]

CAP. X.

Religiosi redditus ecclesiarum suarum deminueri non possunt respectu portionis, qua debetur rectoribus seu vicariis, nec parochias dividere.

Idem Canonici regularibus & Monachis Eboracen. diocesis a.

Avaritiam b, quæ est idolorum servitus: [ 1 & infra. ] Intelleximus, quod in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consuevistis percipere, portiones, vel antiquos redditus minorastis, quos nonnulli clerici ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur: [ 2 & 7. ] Ideoque mandamus, quatenus, si quas portiones vel antiquos redditus clericorum sine consensu Archiepiscopi vestri minuire, vel parochias dividere præsumpseritis, ad integritatem pristinam revocetis.

[ 1 Hi debent radicem studiosius extirpare, qui saculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu ministrare. ]

[ 2 Unde quoniam hoc ex radice avaritiæ & cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus evitare. d. v. p. a. f. pra. ]

CAP. XI.

Tollunt prælatus & capitulum præbendam vocantem honestum onus imponere, ad quod præbendarius tenetur.

Idem Præposito & capitulo Insul.

Significatum est nobis c, quod cuidam sacerdoti præbendam usam in ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita quod missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate gravatus sit) debeat quotidie celebrare, & ecclesiam vestram non nisi communi tam præposito, quam capitulo ad sensu possit dimittere, vel cuiquam præbendæ illius anniversarium delegare. Quam siquidem institutionem d catenus confirmamus, ut prædictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium suum impendere ecclesie memoratæ, & quanto frequentius potest (salva honestate sua, & debita devotione) missarum solennia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere, sive causa voluptatis, sive se ad aliam ecclesiam transferendo.

CAP. XII.

Ad præsentationem religiosorum in eorum ecclesiis, nullus debet institui per Episcopum, nisi prius ei congrua portio reddituum assignetur.

Idem e Vigorien. Archiepiscopo.

DE Monachis f, qui vicarios parochialium ecclesiarum gravant, ut hospitalitatem tenere non possint, eam providentiam habeas, quod ad præsentationem

a Vox, diocesis, deest in antiquis. b Cap. 17. eod. titul. in 1. compilat. & post concil. Lateran. part. 13. ca. 1. c Ca. 13. eod. tit. in 1. comp. & post concil. Later. part. 30. ca. 19. d constitutionem. e Alias, Episcopo V Vigor. f Cap. 14. eodem titul. in prima compilatione.

Monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de proveni-  
tibus ecclesie coram te fuerit assignatum, unde jura E-  
piscopalia possit perolvere, & congruam sustentatio-  
nem habere.

CAP. XIII.

Plures dignitates vel personatus in una vel in diversis ecclesiis  
quis habere non potest.

Idem Salernitano a Archiepisc.

**A**d hæc b licet: & infra. Istud est omni rationi con-  
trarium, ut unus clericus in una vel diversis eccle-  
siis, plures dignitates vel personatus obtineat. Quum  
singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant perso-  
narum c.

CAP. XIV.

Habens plures dignitates alteram dimittere compellitur.

Idem Burdegalen. Archiepisc.

**P**raterea d de G. qui in tua & Tolosana ecclesia  
est Archidiaconus constitutus, & in utraque ecclesia  
regulariter professus: Mandamus, quatenus eundem  
altero, quem maluerit, Archidiaconatu facias esse con-  
tentum.

CAP. XV.

Si electus ad secundam ecclesiam, noluerit dimittere primam, e-  
ligentes possunt resistere, & electionem non acceptare.

Idem Gemen. Archiepisc. e

**C**um non ignores f, quod una ecclesia unius debeat  
esse sacerdotis: [ i & infra. ] Cum igitur nuncius  
Presbyteri, qui in duabus ecclesiis locum habere conten-  
dit, & quidam clerici alterius ecclesie ad nostram præ-  
sentiam accesserint, contra eum: nos attendentes non  
esse conveniens, ut idem Presbyter locum habeat g in  
duabus ecclesiis: mandamus, quatenus ipsum beneficio  
quod habet, facias manere contentum. Quod si forte  
Archipresbyter & clerici alterius ecclesie in eum consen-  
serint, eis nunc dissentientibus h, cum ipsorum scandalo  
non debet locum in ipsa ecclesia querere vel habere.

[ i Mirabile germinus & indignum, quod uni persona locum  
in pluribus ecclesiis vel concedere, vel in Episcopatu suo inducere  
consuetudinem ecclesia Gallicana: qua cum unum ad plura re-  
cipiat beneficia, contra sanctorum canonum instituta, non appro-  
batur: a nobis, licet non possit præ multitudinem delinquentium re-  
mendari. ]

CAP. XVI.

Ordinate ad sacros per Episcopum sine titulo, nemini presentante,  
ordinatur vel successor compellitur in necessaria providere, donec ti-  
tulum habuerit.

Innocentius III. Zamoren. Episcopo i.

**C**um secundum k Apostolum, qui altario servit, vi-  
vere debet de altari: & qui ad onus eligitur, repel-  
li non debet de mercede: patet à simili, ut clerici vive-  
re debeant de patrimonio Iesu Christi, cujus obsequio  
deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim  
à clericos, quod est fors vel hæreditas, clerici appellen-  
tur, quia in sui l ordinatione, vel adsumuntur in hæ-  
reditatem Domini, vel adsequuntur hæreditatem in ip-  
so m, ut verè possint psallere cum Propheta dicente:  
Dominus pars hæreditatis meæ: dignum est ut ecclesie  
stipendiis sustententur, in qua & n per quam divinis  
obsequiis adscribuntur. Licet autem prædecessores no-  
stri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promo-  
ventur, in injuriam ordinantium irritas esse voluerint  
& inanes: nos tamen benignius agere cupientes o, tan-

a Sal. Episc. b C. 7. de testam. in 1. compil. c Vid. l. fin.  
per Bald. C. de iudic. 6. & l. hu. C. de revoc. do. d C. 4. de exc.  
prat. in 1. comp. & post concil. Lateran. part. 24. c. 5. e al. Can-  
tuar. al. Ariminen. f Ca. 1. eod. tit. in 1. compilar. g haberet.  
h distid. titibus. i Vid. Vasorum in Annal. Hist. c. 21. k C. 1.  
eod. tit. in 1. compilar. l Corinth. 9. l sua. m al. in Christo.  
Fyl. 13. n al. vel. o Vid. l. c. 5. in Testamento. ff. de re jud.  
& l. quoties. eod. tit.

diu per ordinatores vel successores eorum provideri vo-  
lumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficii  
consequatur. Inde est quod cum G. lator presentium  
à prædecessore tuo fuerit ad Subdiaconum a nullo præ-  
sentante promotus: mandamus, quatenus si cum hi,  
quibus examinationem ipsius duximus committendam,  
te citato legitime, ut per te ipsum vel idoneum respon-  
salem intertes, & tam super idoneitate personæ, quam et-  
iam super quantitate ac qualitate beneficii proponere  
tibi liceat, quicquid rationabiliter duxeris proponen-  
dum, idoneum esse repererit, tamdiu ei vitæ necessaria  
congrue subministras, donec per te in Zamoren. ecclesia  
vel alia fuerit competens beneficium ecclesiasticum ad-  
secutus: sciturus pro certo, quod si per examinationem  
eorum b fuerit reperiens idoneus, & tu ei juxta manda-  
tum nostrum neglexeris providere, cum hoc nobis per  
litteras eorum innotuerit, ad id exequendum, te per di-  
ctam ecclesiam compellemus.

CAP. XVII.

Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit,  
illa evicta, aliam quam potest, conferre tenetur. hoc dicit, & est si-  
gularis dispositio.

Idem Archiepiscopo Senonen.

**I**nter cætera: [ i & infra. ] Facta e resignatio à  
G. d quondam canonico Laudunen. e de præbenda  
eiusdem ecclesie, quæ per commutationem præbenda-  
rum H. tunc Siclunen. f canonico auctoritate Apostoli-  
ca assignari debebat, Magister P. per Laudunen. Episcopum  
de præbenda fuit investitus eadem. Super quo cum  
inter Magistrum ipsum & dictum H. controversia subor-  
ta fuisset, per C. Papam præd. no. omnia retractata fue-  
runt: & infra. Supradicto Episcopo deditur in g præ-  
ceptis, ut donec idem Magister in eadem ecclesia fuerit  
præbendale beneficium affectus, nulli alii præbendam  
assignare præsumat: quod si forte præsumpti, irritum  
decernimus & inane. decet enim, ut qui præbendam  
ei, quam de jure non potuit, assignavit, cum quam  
de jure potest, assignet, ne præbendam illi fraudulenter  
visus sit assignasse.

[ i Tibi satis credimus esse notum, qualiter. ]

CAP. XVIII.

Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates atq. præben-  
das: & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.

Idem Episcopo & Cantori Tornacensi.

**C**um jam h dudum: & infra. Verum quoniam  
R. Siclunen. canonico, l. de Byrhynia i quondam  
objecta fuere, multitudo videlicet tam dignitatum, quam  
etiam præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium: cui  
nonnumquam imponens, contra definitionis nostræ ten-  
dorem, & Lateran. k concilii statuta, ad obtinendam  
præposituram l Siclunen. se ingerit & ingessit, & quod  
die intrusionis suæ, ante confirmationem præsumple-  
rit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam:  
Mandamus, quatenus si inveneritis prædictum l. habere  
plures alias dignitates atque præbendas: aut aliquid m  
aliud præmissorum quod ad cassationem ejus sufficiat,  
inveneritis esse verum, ei super jam dicta præpositura  
silentium imponatis, ab impetitione ipsius Siclunen. ec-  
clesiam absolvatis. Cum multa per patientiam n tole-  
rantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente ju-  
stitia non debeant tolerari o.

a In Subdiaconum. b Illorum. c C. 3. eod. tit. in 3. comp.  
d VV. e Laudensi. f Siclunen. alit. Sedenf. g mandatu.  
h Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. & de materia vide Carin. cons. 3.  
& Oldrad. cons. 67. i Bitunia. al. Bitunna. k sub Alex. III.  
capit. 13. & 14. l Sidunen. m aut aliquot præmissorum, & c.  
n tolerentur. o vid. l. 1. §. pen. de his qui voc. infra. & l. 1. §. 2. si  
quis in jus voc. non terit.

CAP.



CAP. XIX.

Recepto in canonicum, quam est facultas se obtulerit, debetur præbenda. & interim habeat quotidianas distributiones.

Idem Archiepiscopo, & Archid. Senonen.

Dilectus a filius T. canonicus Linconien. b. proposuit, quod cum de mandato C. Papæ præd. no. Linconien. Episcopus quandam præbendam assignavit eidem in ecclesia Linconien. quia capitulum ipsum ad eandem recipere contemnebat: [1 & 7.]

Ad infantiam Remens. Archiepiscopi, tunc Episcopi Prænestinen. Apostol. sed. leg. & auctoritate illius talis inter eum & Episcopum & canonicos Linconien. compositio intercessit, quod ipso ab eis recepto in canonicum, & concessio sibi talis in choro, & participatione qualibet divinorum, idem fructus præbendæ percipere non deberet, nisi loco proximo vacaturæ: [2 & 7.] Cum ergo dictum T. in canonicum recipi, canonicis non obviet infuturis, & vacaturam expectare præbendam Lateranen. concilio e non sit dubium obviare, nos facto ejusdem legati illicito reprobato, quod est licitum d approbantes: quia videtur indignum, ut receptus in canonicum præbendæ beneficio defraudetur: mandamus, quatenus dictos Episcopum & canonicos, ut ei præbendam (cum se facultas obtulerit) non differant assignare. appell. postposita compellatis. Facientes eidem portiones quotidianas, quæ sunt in ecclesia memorata, sine deminutione qualibet assignari.

[1 Ad d. fil. Clarevall. & Longmaris Abbates auct. p. n. cum mollet aliquatenus a contradictione cessare, ipsorum supposuerit ecclesiasticis interditi. Postmodum autem accedens ad presentiam nostram ad d. fil. Melradin. & Gunstanen. Abbates obtinuit scripta nostra, sed sicut cum per eos suam non possit justitiam obtinere, non veni. Remens. Archiepiscopo, S. Rom. eccles. Cardinali tunc Episcopo Prænestim. Apost. sed. legato sicut asserit, dedimus in mandatis, ut prædictam interditi sententiam, sicut rationabiliter fuerit promulgata, faceret app. postp. firmiter observari. Veram cum idem Archiepisc. negotium prorogaret, & idem post labores multiplices ferè de promovendo negotio desereret, deficiens in expectati.]

[2 Licet autem memoratum Archiepiscopum sincera dilagatione in Domino charitate, & ipsius velimus honori deferre: quia tamen in hac qua contra canonicas sanctiones attentata noscuntur, ei deservire nec volumus nec debemus, quod ab eo illicitè factum est in hac parte duximus irritandum, quod licitè factum est approbantes.]

CAP. XX.

Non tenet electio cum ad unam præbendam duo simpliciter eliguntur.

Idem Episc. Braxien. e

Tempus fraternitatis devotio: [1 & infra.] Cum sæpe contingat, quod ad unam præbendam duo clerici propter importunitatem petentium eligantur: Nos attendentes, quod si duo unam præbendam tenerent, illud esset contra concilium Turonen. quod præbendam prohibet sectionem: & si unus illorum ipsam obtineret præbendam, sub expectatione alius contra Lateranen. h. concilii statuta remaneret: Inquisitioni tunc taliter respondemus, quod talis electio de rigore juris penitus est cassanda.

[1 Præterea consulisti.]

a C. 1. eod. tit. in 3. comp. b Lingen. c sub Alex. III. ca. 8. & habetur infra de conc. præbend. ca. nulla. d vid. l. si conveuerit. cum gloss. ff. de pign. actio. melius in c. necnon. s. 1. cum gloss. non prohibeat. ex quibus causis major. e Burdegal. f C. p. 6. eod. tit. in 3. comp. g al. quod si unus illorum, & c. h sub Alex. III. s. 1. i alius super quo i. respondemus.

CAP. XXI.

Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudice, poterit iudex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de provisionibus provisionem facere. Ista est pulcherrima dispositio, & in toto corpore juris non habet consimilem.

Idem.

Nisi essent a viri providi & honesti, tam qui ordinationem fecerunt, quam illi, circa quos est facta ordinatio, in ecclesia vestra super negotio prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa unum de duobus electis, ut ipse habeat prioratum, hoc ex jurisdictione delegata secundum justitiam videtur esse statutum. quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse b. viginti libras de redditibus capituli, & quadraginta de proventibus prioratus percipiat e annuatim: hoc secundum providentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria potestate, cum d. in delegatos fuerit compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo commissam, se pro bono pacis & utilitatis hoc ordinasse fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus est recepta, possuntque licite, prior & capitulum, de proventibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iustione iudicum provisionem huiusmodi exhibere: nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad præstationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed persona prioris maneat onerata: ne forte circa proventus aliqua videatur facta sectio prioratus: ita quod ipso priore defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur.

CAP. XXII.

Canonici privilegiati a Papa super certo numero, si spontè receptorum aliquem supra numerum, contra impetrantes a Papa exceptione numeri uti non possunt.

Idem Valden. e Episcopo, & Abba. f Vatican.

Pro illorum provisione g: [1 & infra.] Burdegalen. Archiepiscopo mandavimus, ut magistro R. in aliqua ecclesiarum suarum, ubi ei expedire cognosceret, competens faceret beneficium assignari, contraditores ecclesiasticæ distinctione compescens: qui decano & capitulo Xantonen. h. auctoritate nostra mandavit, ut ipsum admitterent in canonicum & in fratrem. Cumque iidem reluctarentur canonici, ac indulgentiam de quadragenario i. canonicorum numero ei opponerent: quia Archiepiscopus cognovit illos in elusionem mandati nostri indulgentia concessa eis irreverenter abuti, prædictum magistrum de præbenda & canonia k. Xantonen. ecclesie investivit, contraditores vinculo excommunicationis attingens, & infra. Quia verò quod per dictum Archiepiscopum de memorato magistro auctoritate nostra providè factum est firmitatem volumus obtinere: mandamus, quatenus si vobis confiterit prædictos canonicos indulgentiam, quam habent de certo canonicorum numero, non servasse, & aliquem ultra constitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepisse: cum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt observare, latam in ipsos excommunicationis sententiam à prædicto Archiepiscopo tam diu denunciatis sublato appellationis obstaculo servandam l. donec sæpe dictum magistrum recipiant

a C. 7. eod. tit. in 3. comp. Bald. in ca. 4. inter partes. de leg. Corr. in istibus feudorum. b triginta. c recipiat. d In iudicem delegatum potest compromitti. Dd. in ca. cum tempore. supr. de arbit. Specul. tit. de arbit. s. primo. Adde Lanfran. tract. de arbit. e al. Vaden. al. Vadenen. f al. Vatten. g C. 8. eod. tit. in 3. comp. h Sanctonensi. i quadraginta. k Canonice. al. canonice. Sancton. l observandam.

in canonicum, & ea, quæ ad canonicatum pertinent, cum stallis chori, & loco capituli ei student assignare.

[ 1 Pro dilecto filio magistro R. Audoen, qui apud Apost. sed. meram fecisse dignoscitur longior, nec adhuc erat competens beneficium ecclesiasticum affectus, licet ad ipsum esset idoneus obtinendum. Ven. f. n.]

## CAP. XXIII.

Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promovetur.

Idem Bisantino Archiepiscopo.

Vis a quæstionibus respondemus, quod clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes, unde possint congrue sustentari, & si nondum fuerint beneficium ecclesiasticum adepti; dummodo aliud canonicum non obstat, ad superiores poteris ordines promoveri.

## CAP. XXIV.

Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert utrum absens investitur per personam mediam, vel persona media investitur pro absente, h. d. conjugendo utrumque, intellectum. Et est casus not. & quotidie prædicatur.

Idem Episcopo Zamoren. b

Accedens ad Apostolicam sedem: & infra. Inquisit. l. t. respond. quod clericus absens per alium, vel alius magis proprio poterit de beneficio ecclesiastico investiri.

## CAP. XXV.

Si ad unum canonicatum & præbendam duo sum recepti suppliciter, receptio non tenet, etiam interveniente Apostolica auctoritate, hoc dicit. Et est notabile cap. quare tene semper mente, & nota ipsam.

Idem Trezen. Episcopo.

Dilecto filio d. P. sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali cellerario Trezen. & R. procuratori tuo auditore concessio, idem cellerarius proposuit coram eo, quod cum in manibus Remen. Archiepiscopi tunc Apost. sed. leg. intendetis providere, G. nepoti suo in Trezen. ecclesia præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignavit, & dictus legatus præfatus G. & eundem cellerarium in canonicos Trezen. instituit, & ambos idem capitulum Trezen. stallum in choro, & locum in capitulo, & idem Archiepiscopus prædictæ præbendæ fructus dividendos communiter adsignavit, donec idem G. integrum esset præbendale stipendium, ad se secutus: [ 1 & 2. ] Quorum receptionem procurator generalis præd. tui in partibus Constantinopolitanis tunc agentis postmodum adprobavit. Dicitur quoque cellerarius lectionem & evangelium in hebdomada sua legisse dignoscitur, & tam decani quam Episcopi electioni, & aliorum negotiorum tractatibus sicut canonicus Trezen. interfuit, & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueverat assignari: tuque g. cum ad eandem accessisset ecclesiam consecratus, cum cum canonicis aliis ad osculum admittantur: & eidem super prædictis non movisti per biennium quæstionem, propter quod petiit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita compescere dignemur: [ 2 & 3. ] Procurator tuus proposuit ex adverso, quod ad unicum jus spirituale, quod vacabat ibidem, infimum duos canonicos instituere prædicto legato non licuit, nam si duo unicum præbendam haberent, ad esse contra Turonen. concilium, quod præbendarum

a C. q. cod. tit. in 3. comp. Huius decre. decisionem accipere debentur secundum concil. Trid. Sess. 21. de reformat. c. 2. b Latomen. alias Baron. c vide l. qui mihi donatum, per Bar. ff. de donat. d C. q. cod. tit. in 2. comp. e resignaret. f beneficium. g tu quoque.

inhibet lectionem. Si vero duobus receptis, uni tantum præbenda daretur, sub expectatione alius contra Lateranen. a concilium remaneret. Præterea licet in ecclesia, in qua non est certus numerus præbendarum, nulla etiam vacante in canonicum quis possit adsumi, cum intelligatur ad quoddam jus eligi, quod ex electorum adfensu de novo creatur. b. & cum electio in canonicum nascitur, & definit cum defuncto: in ecclesia tamen, quæ determinatum habet numerum præbendarum, uno individuo jure vacante, duo simul eligi non possunt ad illud, eo quod hujusmodi spirituale jus dividi seu communicari nequeat inter eos: nequaquam interdum hi, ad quos spectat electio, de communi adfensu augmentare volunt numerum præbendarum, quoddam jus spirituale de novo creando, nisi forte statutum aliquod obviaret, quod esset juramento firmatum, vel cui sed. Apost. confirmatio accessisset, hujusmodi clausula prohibitionis adjecta, ut si quicumque contra id fieret, non valeret: propter quod institutionem præfatum nullam fuisse dictus adfensu procurator, cum in Trezen. ecclesia certus sit præbendarum numerus, quem capitulum vel legatus augmentare minime intendebat, & vel usque ad quod de novo creare. Unde dictum cellerarium ad restitutionem eorum, quæ ratione prædictæ institutionis tenebant, sententialiter diximus condemnandum, ei super præbenda ipsa vel ejus parte silentium imponentes: Ita quod per hoc prædicto G. nullum præjudicium generetur: cum res inter alios acta, regulariter aliis non obstat.

[ 1 In eos qui contra venire præsumerent excommunicationis sententia promulgata. ]

[ 2 Verum dictus R. procurator tuus proposuit ex adverso, quod cum dictus Cellerarius præbendam suam in præfati Archiepiscopi Remen. manibus resignasset, ipse de medietate una dictam Cellerarium investivit. ]

## CAP. XXVI.

De una præbenda vacante, possunt fieri due, si ejus suppetant facultates, alias dividens integrare tenetur.

Idem.

Vacante d. quadam præbenda in ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de consensu & capituli tui duos canonicos adimplisti: quorum altero viam universæ carnis ingressus, præbendam, quam defunctus habuerat, quidam clericus nomine Hippolytus fuit auctoritate sed. Apost. adsecutus. Verum cum idem Hippolytus de se per integritate præbendæ, per quasdam nostras litteras quietet, & alius idem jus adversus te se habere proposuit, quid facere debeas requisisti. Super quo sic diximus respondendum, quod cum Turonen. statuta concilii, in qua vacare f. contigerit, integrare præbendam, nisi rationabili causa de vacante præbenda prædicta dicitur fuerint constituta, ac tot sint utriusque provetus, quot per utramque sit utrique provisum in beneficio competenti.

## CAP. XXVII.

Si Papa mandat capitulo, ut aliquem in canonicum recipiant, & præbendam (si qua vacat) conferant, si de mandato fuerint alii conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus ecclesie loco beneficii providere, donec præbendam habeant.

Idem Verellen. Episcopo.

Dilectus g. filius G. clericus nobis exposuit b. querendum, quod cum pro eo ad Novarien. capitulum a Later. sub Alex. III. c. s. b. creatus. c. alius, non intendebat. d. C. q. cod. tit. in 4. comp. Et de materia, an ex causa rationabili possint fieri due, vide De hoc tit. c. a. v. sensu. f. contigerit. g. C. q. de conc. præb. in quæstia comp. h. proposuit.

lum mandatum Apostolicum misissimus, ut eum in canonicum recipere & in fratrem, prebendam ( si quae tunc a vacabat) conferentes eidem: [ 1. & infra. ] Fraternitati tuae mandamus, quatenus si tibi confiterit, quod in Novarien. ecclesia prebenda vacaret, tempore quo ejusdem ecclesiae canonici nostras literas receperunt: cum eam alii in elusionem mandati nostri duxerint conferendam: eundem clericum si non habet & sufficienti beneficium ecclesiasticum, in canonicum recipi facias, & sibi de redditibus ecclesiae singulis annis assignari proventus, donec ei sit in beneficio prebendali provisum.

[ 1. Ipsi non solum mandatum Apostolicum voluerunt adimplere, verum etiam prebendam vacantem, quam mandavimus tibi conferri, alii praesumpserunt assignare. Unde petebas a nobis, ut quod de ipso in caperamus, exequi dignarerimur. Magister autem G. G. Novarien. ecclesiae procurator proponebat e contra, quod cum in illa ecclesia nulla vacaret prebenda, praedictus clericus ad Apost. sed. accedens saltem in ecclesia ipsa suggerit vacare prebendam. & ad suggestionem falsam per suversionem suam literas impetravit. Unde cum mendax peccator cavere debeat impetratis, penitus sicut procurator ab impetritione ipsius ecclesiam postulabat abstinere. Cum igitur coram dat. fil. G. S. GG. ad velum aureum dicitur, quem eisdem dedimus auditorem, super his dicitur ligaverit, & idem card. qua fuerant proposita coram eo retulit diligenter.]

CAP. XXVIII.

Habens personatum, vel beneficium curatum, si secundum tale receperit, vacat primam: quod si retinere contenderit, etiam secundo perit, hoc primo. Et si, ad quem spectat beneficium curatum collatum, licet conferatur cum institutus alium receperit: & si infra sex menses non conferat, devolvatur ad alium collatum, & aliter ponitur hoc secundo. Cum sublimibus vero & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum incompatabilitatem solus Papa dispensat, hoc tertio. Hoc dicitur istud ca. ult. & sanissimum.

Idem in concilio generali.

De multa & providentia fuit in Lateran. concilio & prohibuit, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, vel plures ecclesias parochiales reciperet contra statuta canonum instituta, alioquin recipiens, sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter presumptiones & quorundam cupiditates, nullus haec tenus retraxit de praedicto statuto fructus provenit, nos evidenter & expressius occurrente cupientes: Praesenti decreto statuimus, ut quicumque receperit aliquid beneficium cura habens animarum ad necem, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus: & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spoliatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum: & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateran. concilii statutum eius collatio devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur proventibus in utilitatem ecclesiae, cujus est illud beneficium assignare, quantum a tempore vacationis ipsius confiterit esse perceptum. Hoc idem & in personalibus esse decernimus observandum: addentes ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere praesumat, etiam si eorum non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quae majoribus beneficiis sunt honoranda, cum ratio postulaverit per sedem Apost. poterit dispensari.

a vacaret. b habebat. c concil. gener. Lat. sub Innoc. III. c. 29. d Ca. eod. tit. in 4. comp. e Priore isto quod falsum est sub Alex. III. c. 13. & eon. tris. decreto convenit con. 1. Trid. Sess. 7. de reform. c. 2. & 4. & Sess. 24. de refer. c. 17. f sub Alex. III. c. 1.

CAP. XXIX.

Concilium provinciale a beneficiorum collatione suspendit eos, qui post secundam correptionem indigni beneficia conferunt: provida etiam quis interim beneficia conferat, & illam suspensionem relaxat solus Papa, vel solus Patriarcha.

Idem in eodem. a.

Grave & nimis est & absurdum, quod quidam ecclesiarum praelati, cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis: unde quanta ecclesiae damna proveniant, nemo sana mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo c. mederi, praecipimus, ut praetermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo & ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annualim: ita, ut qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, a beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona provida & honesta, quae suspecti suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quae in his deliquerint, observetur. Metropolitanis vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilii nuncian- dum. Ut autem haec salubris provisio pleniorum consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia praeter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchae, minime relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur. e

CAP. XXX.

Rektor ecclesiae, non obstante consuetudine Episcopi, vel patroni, debet de redditibus ecclesiae sufficientem habere portionem, h. d. usq. ad 5. qui vero.

Idem in eodem. f.

Exiurpanda & consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet parochialium ecclesiarum patroni, & aliae quaedam personae, proventus ipsarum sibi penitus vindicantes, Presbyteris earum servitii deputatis, relinquunt adeo exiguum portionem, quod ex ea nequeant congrue sustentari, nam (ut pro certo didicimus) in quibusdam regionibus parochiales Presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartam, id est, sextamdecimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus penè nullus inveniat sacerdos parochialis, qui ullam vel modicam habeat partem literarum: Cum igitur os bovis ligari non debeat triturantis: sed qui altario servit, de altari vivere debeat: statuimus ut (consuetudine qualibet Episcopi vel patroni seu cuiuslibet alterius non obstante) portio Presbyteris ipsis sufficiens assignetur.

Privatus est parochiali ecclesiae rector in ea non residens, nisi sit annexa dignitati vel prebenda: quo casu debet ibi habere perpetuum vicarium. Et in sine prohibet in fraudem velleoribus de ipsius proventibus personam in beneficium dari, h. d. Vel sic: Non residens in ecclesia parochiali, vel non ponens vicarium, quando est annexa beneficio majori, privatus est ea. h. d.

Qui vero parochialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per seipsum illi deservit in ordine, quem ipsius ecclesiae cura requirit, nisi forte dignitati vel prebendae

a Ca. 30. b C. 3. eod. tit. in 4. comp. conc. Trid. Sess. 7. de reform. ca. 3. c In Cod. Barba. hinc morbo adhibere modicam. d vid. l. 3. c. de Episc. aud. & l. servus. Cad. leg. Inltam. de v. public. e vid. Chaff. in Cata. glor. mund. pag. 4. consil. 9. f Ca. 32. g C. 6. eod. tit. in 4. comp. vid. conc. Trid. Sess. 21. in decr. de reform. c. 9. & patronatum beneficiorum. h nequeunt.

parochialis ecclesia sit annexa: in quo casu concedimus, ut qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in majori ecclesia deservire, in ipsa ecclesia parochiali idoneum & perpetuum habeat vicarium canonicè institutum, qui (ut prædictum est) congruentem habeat de ipsius ecclesiæ proventus portionem: alioquin a illa se sciat auctoritate hujus decreti privatum, liberè alii conferenda, qui velit & possit, quod dictum est, adimplere. Illud b autem penitus interdiximus, ne quis in fraudem de proventus ecclesiæ, quæ curam habere debet proprii sacerdotis, pensionem alii pro beneficio conferre præsumat.

## CAP. XXXI.

Non debent religiosi ecclesias vel decimas à laicis sine diocesanorum consensu recipere: excommunicatos, vel interdictos ad divina admittere: in ecclesiis quoque, quæ ad eos non pleno jure pertinent, instituire vel destruere: sed presentabunt diocesani ad eas viros idoneos.

Idem in eodem. c

**I**N Lateranensi d concilio notitum fuisse prohibitum, ne quilibet regulares ecclesias seu decimas sine Episcoporum consensu de manu laici præsumat accipere, nec excommunicatos, vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad divina. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores digna curavimus e animadversione punire, statuentes nihilominus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos pleno jure non pertinent, juxta ejusdem concilii statuta, Episcopis instituendos Presbyteros representent, ut illis de plebis cura respondeant: ipsi verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, institutos verò removere non audeant Episcopis inconsultis.

Sanè adjicimus f, ut illos representare procurent, quos vel conversatio notos reddit, vel commendat probabile testimonium prælatorum.

## CAP. XXXII.

Abfens in Theologia studio, fructus beneficiorum suorum percipit in absentia, sed quotidianas distributiones non.

Honorius III. Abbati &amp; priori sancta Genovefa.

**L**icet vobis g direxerimus scripta nostra, ut magistro b N. Eboracen. Archidiacono in sacra pagina cupienti studere, proventus suos ecclesiasticos faceretis integrè ministrari. Nolumus tamen, ut quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus in ecclesiis, & his qui intersunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

## CAP. XXXIII.

Tropter paupertatem præbendarum ecclesia cathedrali possent eis annexæ capella, reservata ipsarum Presbyteris congrua portione.

Idem Vestrinen. i Episcopo.

**E**xposuisti k nobis, quòd ecclesiæ tuæ canonici, de minuta ipsorum provisione à tempore concilii generalis, cum eis extunc non fuerint ad eorum sustentationem concessa capella, sicut antè fieri consuevit, de redditibus præbendarum suarum nequeunt l sustentari: [i & j.] Si evidens necessitas vel utilitas exigat, præbendas ecclesiæ tuæ poteris de capellis in perpetuum annexendis eisdem (sicut discretione prævia ex-

a Ipsi illa, &c. b vide conc. Trid. Sess. 24. de reformat. c. 13. c C. 61. & referatur in ca. 7. eod. tit. in 4. comp. d sub Alex. III. e. 9. cujus initium, Cum & plantare. e curabimus. f Conc. Trid. Sess. 25. de reformat. c. 9. g vide conc. Trid. Sess. 5. de reformat. ca. 5. in fin. & Hor. Lucium, tract. 28. de priv. schol. privul. h B. Ebreycen. i Vestrinen. alias, Vessen. al. Vespertinen. al. Vestrinensi. al. Vestrinensi. k vide concilium Trid. Sess. 21. de reformat. ca. 5. & Sess. 24. de reformat. ca. 13. & 15. l nequiverunt.

pedire videris) augmentare, reservata congrua capellarum Presbyteris portione.

[i Tropter quod plures ipsorum eadem ecclesia relicta in ipso servitio, in clericatus coguntur approprium aliorum se obsequium mancipare. Unde humiliter supplicasti, ut de capellis eisdem provisionem eorundem ampliare & nostra tibi permissione liceret. Quæ verò per hoc statuti ejusdem concilii derogaretur, quæ servare volumus inconcusse, te in hac parte nequiverunt exaudire. Verum illorum paupertati paterno compatentes affectu, & tibi prout exposcisti tua devotionis meritis gratiam facere cupientes, sil. a. de qua piam fiduciam obtinimus. p. auc. m. q.

## CAP. XXXIV.

Licet ecclesia ex donatione laici beneficium conferat, tunc illud beneficii impetratio, de hoc mentione non habita.

Idem Episcopo, &amp; priori, &amp; Archidiacono Herforden. a

**D**ilectus filius G. clericus nobis proposuit b, quòd cum decano & capitulo Andegraven. preces dicerimus & præcepta, ut ipsum quam citò facultas se offerret in canonicum recipere & in frater, vobis super hoc executoribus sibi datis: quia decani & capituli procurator excipiendo proposuit literas non valere, pro eo quòd in eis mentio non fiebat, quòd præfatus decanus ex donatione Regis præbendarum ejusdem ecclesiæ collationem haberet: vos mandati nostri executores non esse interloquendo dixistis: & sic duæ præbendæ, quæ medio tempore vacaverunt, alii sunt collata: [i & j.] Mandamus, quatenus occasione hujusmodi (quam reputamus frivolum) non obstantè, mandatum nostrum exequi procuretis.

[i Es dicitur clericus occasione hujusmodi quam vos multum recepisse videmini, remansit hætenus sua provisione frustratus, propter quòd idem nostram audentiam appellavit, appellatum cuius dicimmi detulisse. Nolentes igitur ut sapè dictum clericus sit frustratus à nobis, literarum nostrarum commoda ulterius suspendatur, vobis firmiter.]

## CAP. XXXV.

Tuori & aliis beneficiati non sunt idonei ad beneficia consequenda, h. d. inharendo verbis literæ.

Gregorius IX. Argentinæ Episcopi.

**S**uper inordinata c ordinatione: & infra. Cum eorum illi sint in ecclesiis idonei reputandi, qui servitio possunt & volunt in ipsis: Consul. t. respond. quòd pariter & beneficiati, qui non possunt in eadem ecclesia deservire, in ea non debent idonei reputari.

## CAP. XXXVI.

Tro unus præbendæ integratione, alia dividenda non debet.

Idem Archiepiscopi, &amp; magistro R. Turonen.

**C**um causam, quæ inter Aurelianen. Episcopum, & I. de Blesis canonicum sanctæ Crutis super integratione præbendæ ipsius canonici vertebatur, vobis direxerimus committendam: & infra. Consultationi tuæ, respon. quòd nostræ intentionis non existit, ut pro integratione præbendæ supradicti canonici, præbendæ de novo aliqua scinderetur.

## CAP. XXXVII.

Clerici ignobiles & non eminenti scientia, propter hoc non debent à præbendis repellere, etiam in ecclesiis, quæ tales admittere non consueverunt.

Idem.

**V**enerabilis frater noster Portuen. Episcopus supplicavit d, ut cum quandam præbendam, quæ in Argentin. ecclesia tamdiu vacaverat, quòd donatio ejus erat

a De Ber. al. Bech. Inven. vet. Cod. Episcopi. Pillaconesi & priori. b exposuisti. c De arate requisita vide Lapum allegat. 26. & Gemman. in c. indemnitate. de elect. in 6. d suppl. an. ad

ad sedem Apostolicam devoluta, I. clerico contulerit, dum a in illis partibus legationis officio fungeretur, suam collationem benigno proferecurum adfectu, verum procurator Argentini capituli proposuit ex adverso, quod idem capitulum hoc audito consuetudinem allegans antiquam inviolabiliter observatam, iuxta quam nullum, nisi nobilem & liberum, & ab utroque parente illustrem, honeste conversationis, ac eminentis scientie, in suum consortium hadenus admiserant: ne contra hoc fieret (maximè cum nulla tunc præbenda vacaret, antequam monitorias vel executorias literas recepisset) ad sedem Apostolicam appellavit: & infra. Nos igitur attendentes quod non generis b, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum servitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eo quod non est personarum acceptio apud ipsum c, & vix ad culmine dignitatum (necum ad præbendas) viri eminentis scientie valeant reperiri, exceptiones huiusmodi non duximus admittendas: & infra. Discretionem vestram mandamus, quatenus si vobis consuleri prædictam præbendam traxisset, quando ipsam dicto I. Episcopus contulit memoratus, ipsum ad eam recipi faciatis.

CAP. XXXVIII.

Si mandatur provideri in ecclesia, non potest de ecclesia provideri.

Idem.

Quia olim priori sanctæ M. dederimus e in mandatis, ut Gu. f diacono in aliqua ecclesia civitatis vel diocesis. Luca auctoritate Apostolica provideret: idem prædictum Gu. g ecclesie sancti Pe. de vico rectorem auctoritate huiusmodi nifus b est designare: in qua rector ab ejusdem ecclesie clericis eligi consuevit, excommunicationis sententiam nihilominus proferens in rebelles. Cum igitur mandatum huiusmodi se ad talia non extendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur: intento, cum pro simplici beneficio iussio nostra maneat: mandamus, quatenus tam institutionem huiusmodi, quam excommunicationis sententiam propter hoc latam denuncias non teneat.

DE CLERICO AGROTANTE VEL DEBILITATO.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Clericus infirmus integrè percipit fructus beneficii sui. Gregorius Candido Episcopo & bevetamen.

Quia percussio corporalis: [ & infra. ] F. tuam hortamur, quatenus latorem præsentium ad percipiendam qua consuevit sumi ab ecclesia tua, agritudinis non debeat impedire. Quia si alii eius essent exemplo deterri, forte non posset, qui militaret ecclesie, inveniri: sed secundum eius ordinem quæcumque ei si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, qua ecclesie potest accedere, fraternitas tua præbeat agrotanti.

CAP. II.

Presbyter, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, missam non celebrat, sed ceteris sacerdotibus fungi potest. Eugenius I Papa.

Presbyterum m, cuius duos digitos cum medietate palmæ à prædione abscissos significasti, missam

a Cum. b Rom. 12. Galat. 2. Eph. 6. Coloss. 3. c Deum. d vide Oldrad. cons. 306. e detrimus, in antiq. f V. g V. h visu. i perferatur. k maner. l Greg. sed in omni. manus. ut est impressum. m Post Conc. Lat. sub Alexan. III. p. 26. n. & c. 2. eod. tit. in 1. comp.

non permittimus celebrare: quia nec securè propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem a membri hoc fieri posse confidimus.

Ipsam autem ceteris officii sacerdotibus fungi minime prohibemus.

CAP. III.

Si rector ecclesie sit leprosus, dandus est ei coadjutor. Lucius III.

De b rectoribus ecclesiarum lepræ macula usque adeo infectis, quod altari servire non possunt, nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, ecclesias ingredi: Hoc volumus te tenere, quod eis dandus est coadjutor, qui curam habeat animarum: & de facultatibus ecclesie ad sustentationem suam congruam recipiat portionem.

CAP. IV.

Si rector ecclesie sit leprosus, ab administrationis officio remouetur, sed de bonis ecclesie sustentatur. Clemens III. c.

Tva d nos duxit f. consulendos: & infra. De sacerdotibus, qui divino iudicio lepræ morbo repercussus in parochiali ecclesia prælationis officio fungitur: Dicimus quod pro scandalo & abominatione populi, ab administrationis debet officio removeri, ita quod iuxta facultates ecclesie sibi necessaria, quamdiu vixerit, ministrantur.

CAP. V.

Episcopo qui propter morbum incurabilem pastorale officium exercere non potest, dandus est coadjutor. Innocentius III. Arelaten. Archiepiscopo.

Ex e parte tua fuit propositum, quod cum Aurasensis f Episcopus gravi morbo & incurabili ferè per quadriennium laboravit, ita quod pastorale officium non potest ullatenus exercere, princeps terræ illius, ac civis civitatis ejusdem à te postulant incessanter, ut ipsis (cum sis metropolitanus eorum) studeas providere. Verùm cum ipsum ad cessionem compellere non possis, nec debeat ullo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, imò potius ipsius miseriam miserendum g, eo quod b idem vir bonus exiterit, & ecclesiam salubriter sibi commissam gubernaverit: nos volumus tam Episcopo, quam ecclesie providere, mandamus, quatenus illi coadjutorem ad socias virum providum & honestum, per quem tam Episcopo, quam populo utiliter consulatur.

CAP. VI.

Brevis est, & non summatur. Honorius III. Episcopo Aversan.

Consultationibus: & infra. Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantem officium linguæ adseris amisisse, coadjutor est merito adhibendus.

DE INSTITUTIONIBUS.

TITVLVS VII.

CAP. I.

Numerus clericorum debet institui in ecclesiis collegiatis, secundum facultatem ipsarum. Ex Concilio Arelaten. s.

Non amplius suscipiantur in monasterio monachorum, aut clericorum, seu etiam puellarum, quam quot se regere de bonis ecclesie absque penuria possint.

a deformationem. b Post Conc. Later. sub Alexand. III. p. 37. c. 4. & c. 3. eod. tit. in 1. compil. c In uno ita: Clemens III. Pillav. Episc. d Ca. 2. eod. tit. in 2. compil. e Ca. unico, eod. tit. in 3. compil. f Arel. al. Aurasens. al. Aurasens. g miserandum. h al. ita, eo quod ipse. i Hac est synodus Arel. sub Carolo Magn. Imp. & habetur hoc tit. ca. 3. & ca. 1. eod. tit. in 2. compil.





## CAP. II.

*Laiici in canonicos non possunt institui.*

Eugenius. a

**I**n ecclesia b vestra certum numerum canonicorum (sicut nobis innouit) communiter instituire curavistis: [ 1 & 7. ] Cum laici non debeant in canonicorum numero computari, nec vos debeatis differre, quo minus statutum numerum de aliis clericorum personis idoneis suppleatis: tales ad supplendum numerum invenire curetis, per quos Deo in divinis officiis per ecclesiasticos ordines congruè ferveatur.

[ 1 Et institutionem vestram religione firmare juramenti. Vnde quia illo numero successu temporis diminuto, in dubitationem deducti, utrum ipsum de institutione canonicorum supplere possitis, cum laici computatis, qui in ecclesia vestra canonicorum titulo numerentur, status numerus sit impletus, ut hac ambiguitas à vestris cordibus auferatur, nobis videtur quod. ]

## CAP. III.

*Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum officiales.*

Alexander III. Cantuariens. Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

**E**x frequentibus querelis didicimus, in partibus vestris consuetudinem pravam à multis retrò temporibus invaluisse, quod clerici ecclesiastica beneficia sine consensu d' Episcopi diocesi vel officialium suorum e (qui hoc de jure possunt) recipiunt, minus quam deceat cogitantes, quomodo id à Patrum sanctorum est institutionibus alienum, & ecclesiastica contrarium honestati. Vnde cum tu frater Archiepiscopo, ex officio tibi commissio, tam iniquam consuetudinem de provincia tua velis (sicut debes) radicitus extirpare f, tam in illos, qui ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinent, quam in eos, qui de cetero occupare præsumperint, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam habentes, & eam auctoritate Apostoli confirmantes: mandamus, quatenus clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurrerint g, nisi congruè satisfecerint, absolvere minime præsumas.

## CAP. IV.

*Ultra facultatem non debet quis institui in vicis ecclesie.*

Clemens III. clero Constantinopolitano.

**A**uctoritate h Apost. sedis: & infra. Statuimus insuper, ut nullus in ecclesiis vestris, ultra quam facultates earum sustineant i, vobis instituat in vicis.

## CAP. V.

*Cum in ecclesiis oportet extraneos institui, non debent institui clerici certe originis tantum, sed undecumque sint, dum tamen sint idonei.*

Innocentius III. k S. Marcelli, & S. Susanna

Cardm. Apost. sedis legas.

**A**d i decorem: [ 1 & 7. ] Sicut nostris m auribus adest suggestum, Constantinopolitanus Patriarcha aliarum nationum clericos spernens, Venetos tantum in Constantinopolitanis ecclesiis satagit collocare, non attendens quod in omni gente, qui facit justitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei convenit jure hæreditario possideri. Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem, ut viros literatos, n & alios

a In aliquot manuscr. ita: Eugenius Papa. b C. 3. eod. tit. in 2. comp. Rectè autem Contus addit hic omnia à Raimundo ex antiquo. c Post Conc. Lar. p. 28. c. 11. & c. 1. eod. tit. in 1. compilat. d assensu, in antiq. e ipsam. f Vid. Lomnes. C. de dec. lio. g incurrerunt. h C. 1. tit. de jud. in 2. comp. i sufficiens. k D. sancti Marcelli, & unus vetus ita: P. sancti Marcelli, & B. sancta, &c. l C. 1. eod. tit. in 3. comp. m al. ita: sicut nostris est auribus intimatum. Actor. 10. n Literati ita debent recipi in canonicos sicut nobiles: ut not. in l. societatem. in gl. ff. pro sic.

a idoneos, undecumque originem duxerint, in prædictis ecclesiis, & maxime in majori, instituire non possunt, alioquin indignum se reddet, ut vos aliarum clericorum nationum ad ejus obedientiam compellatis. Nec b diffimulare potestis, quin hoc nostris auribus intimetis, ut ex hoc ipso, an verum sit, quod super hoc Venetis dicitur promississe, conjicere valeamus.

[ 1 Et commodum tam ecclesie S. Sophia, quam aliarum ecclesiarum, que sunt in urbe Constantinopolitana constructe, usitate pertinere, ut literati viri, & honestate morum perspicui, de quibuslibet mundi partibus venientes, iustis debeant in easdem. Verum. ]

## CAP. VI.

*Institutiones & custodia possunt de jure speciali ad non Episcopum pertinere, & pendente lite cum diocesano defenditur in possessione. h. d. Vel sic. Si possidet jus instituti in possessione de jure communi non spectat, pendente iudicio proprietatis in possessione defenditur.*

Idem Helien. Episcopo, & Archidiacono Norvicen.

**C**um venissent c ad Apost. sed. Archidiaconus Richmundia, & procuratores Eboracen. Archiepiscopi: ex parte Archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personarum, & custodia ecclesiarum vacantium ad eum in diocesi sua spectat, tam de jurisdictione d communi, quam de consuetudine generali. Verum quidam prædecessores ipsius quibusdam Archidiaconis Richmundia tam institutionem, quam custodiam personaliter commiserunt: [ 1 & 7. ] Inter alia vero Archidiacono, e ipse respondit f, quod Archiepiscopus tam institutiones, quam custodias, non personaliter Archidiacono, qui tunc erat, sed perpetuo de consensu capituli archidiaconatus realiter concessione donavit. Cum autem archidiaconatus ipse in continua possessione, tam istarum, quam aliarum libertatum multorum Archiepiscoporum & Archidiaconorum temporibus extitisset, & Archiepiscopus sine conditione g qualibet concessisset ipsum eidem, post concessionem asseruit, quod ipsum concesserat institutionibus & custodiis vacantium ecclesiarum exceptis. Ipse h vero timens, ne si negaret expressè, cum nondum esset archidiaconatus i possessionem adeptus, vel impediretur k penitus factum ejus, vel diutius differretur l: respondit quod non solum de illo, sed de omnibus redditibus suis faceret quod sibi placeret: [ 2 & 7. ] Nos igitur interdicti fuimus Archidiaconum esse in plena libertatibus ejusdem archidiaconatus possessione tenendum, donec probatum legitime fuerit ex adverso, libertates l ipsius Archidiaconis ab Archiepiscopo personaliter fuisse concessas: cum in hoc casu tam ante, quam post, & in ipsa etiam concessione, Archiepiscopus eas m retinere potuerit licitè tanquam suas, vel donec legitime probatum fuerit easdem libertates Archidiaconum ab Archiepiscopo nihil juris vel utilitatis accederet, quia nos vel ad petitionem Eboracen. ecclesie, vel per nos ipsos super hoc archidiaconatus consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitime approbatum, Archidiacono super libertatibus ipsius: si neutrum, Archiepiscopo silentium imponatur.

[ 1 Eius sibi aliorum temporaretinentes, & liberè, sicut spectabat ad eos, utentes easdem. Itaq. Archiepiscopus qui Ebor. ecclesia modo præf. V. V. de Chirvilli quondam archid. Richem. illas ad preces inchoyta recordat. R. Regis Anglorum de gratia specialiter concessit, & eo in Episcopum post electo, sibi retinuit tanquam suas. Ad hoc autem archid. Richem. respondit, quod cum inchoyta recordationibus

a & alios. b al. ita, nec tot. c C. 3. eod. tit. in 3. com. d in omnib. antiq. tam de jure. e ille. f al. ita respondit, dicens. g contradicente. h idem verò. i Archidiacono. k impeditur. l easdem libertates. m ipsa. primo

primus H. Rex Anglia apud Carleolum sedem episcopalem vollet de novo erari, quia ex hoc archid. Rechor. ladebatur: Rex ipse à bo. me. T. Archiepiscopo Eboracen. humiliter postulavit, ut in recompensationem cuiusdam partii, quæ subtrahabatur archidiaconatu memorato, ei prædictis concederet dignitates. Archiepiscopus autem annuit dignitates precibus postulanti.

[ 2 Super hoc autem parè replicavit aduersa, quod si renu- ciatio vel abjuratio archidiaconatus non noceret, per hoc tamen esset Archidiacono repetendi facultas adempta: sed Archidiaconus li- bertatis illius se non repetere dicebat, cum eu liberi sicut prius, quan- da iter arripuit veniens ad sedem Apostolicam, uteretur, & suam possessione gauderet. Sed & contra hoc iterum replicabatur, quod idem Archidiaconus in quadam ecclesia sui archidiaconatus non per Archiepiscopum institui postulasset, sed ralis institutio pertine- bat ad ipsum, nisi ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet. ad quod Archiepiscopus ipse respondit, quod per Archiepiscopum non institui, sed confirmari potius postulauit, licet quod seipsum in- stitueret, incongruum videtur.]

CAP. VII.

Idem Episcopo Trecon. & Archidra. Parisiens.

Um a ad nostram: & infra. Illud autem nolimus vos ignorare, quod postquam M. fuit Abbas effe- ctus b, custodiam de iure non potuit obtinere: quia cum ratione abbatis ad ipsum pertinet donatio tam cus- todiz, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbenda- rum in ecclesia Patranen. custodiam ipsam, recipere non potuit à seipso: cum inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis: sed nec ab alio, cum jus confe- rendi alius non haberet.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET ECCLESIAE NON VACANTIS.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Institutus scienter in beneficium veniens, deponendus est.

Gelasius c. Papa ad Ro.

Vi d in vivorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pel- lendi, quo le passi sunt successores vivis sacerdo- tibus adhiberi.

CAP. II.

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent: & cum vacaverint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de E- piscopo ad capitulum, & e contra, demum ad proximum superio- rem deo volentur collatio.

Ex Concilio Lateran. e

Nvlla f ecclesiastica ministeria, seu etiam benefi- cia vel ecclesie tribuantur alicui, seu promittan- tur antequam vacent: Ne desiderare quis mortem proxi- mi videatur; in cuius locum & beneficium se credide- rit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus gen- tium inveniatur inhibitiu, turpe est, & divini plenum animadvertione iudicii, si locum in ecclesia Dei futurae successioni expectatio habeat, quam ipsi etiam genti- les condemnare curant. Cum verò præbendas eccle- siasticas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspensio, sed intra sex menses personis, quæ dignè administrare valeant, con-

a C. 4. eod. tit. in 2. comp. b institutus. c In uno vetu- ste nulla est inscriptio. d C. 1. eod. tit. in 1. comp. & c. 2. de arate & qual. in 1. comp. e sub Alex. III. c. 8. f Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. & concord. Conc. Triad. sess. 24. de reform. c. 19. ubi hoc decretum reoritur, & c. de testanda. eod. tit. l. 6.

ferantur. Si autem Episcopus ubi ad eum spectat a, con- ferre distulerit, per capitulum ordinetur b. Quod si ad capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum, hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum reli- giosorum virorum consilio exequatur. Vei si omnes forte neglexerint, metropolitani de ipsis secundum De- um abique illorum contradictione disponat.

CAP. III.

Beneficia vacantia conferuntur, non obstante appellatione illor- um, quibus promissa fuerant antequam vacarent.

Alexander III. Eboracen. Archiepisc.

Relatum e est auribus nostris: & infra. Constituti- onituz taliter respond. quod cum in Lateranensi concilio promissiones factæ de ecclesiis non vacantibus, sint cassatæ: prætextu appellationis eorum, qui dictis pro- missionibus ininuntur, omitti non debet, quin ecclesiaz, cum vacaverint, de personis idoneis ordinentur.

CAP. IV.

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato excoutore ad pro- videndum per presentationem literarum collatori cassetur, adfic- tur præbendæ: ita quod collatio alteri facta non tenet, si d. secundum verum intellectum, vide ca. si capitulo. eod. tit. in 6.

Innocentius III. præposito & capitulo

Cameracen.

Proposuit d nobis T. Presbyter, quod cum C. Papa præd. noster pro receptione ipsius in fratrem, & adfi- gnatione præbendæ ad donationem vestram spectantis in ecclesia vestra proximo vacatura mandatum Apostoli- cum vobis destinasset, decano Remensi excoutore con- cesso, decanus ipse vos contumaces inveniens, ipsum de præbenda primo vacatura in ecclesia vestra, quæ ad do- nationem capituli pertinet, auctoritate Apostolica inve- stivit: [ 1 & 7. ] Sed cum præbenda quæ ad donationem vestram spectabat, in ecclesia Cameracen. vacasset, eam alii assignatis: [ 2 & 7. ] Idem [ autem ] prædec. nost. quod ab eodem decano factum fuerat, ratum volens ha- beri, collationem præbendæ factam à vobis penitus irri- pavit, & eum de ipsa per annulum investivit. Licet au- tem intentionis nostræ non sit investituras de vacaturis factas contra canonum instituta raras habere, qui secun- dum plenitudinem potestatis de iure possimus supra jus dispensare e: attendentes tamen quod idem Presbyter non de vacatura, sed de vacante per præd. nost. fuit inve- stitus, utpote quæ post cassationem concessionis à vobis factæ intelligebatur vacare: mandamus, quatenus amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eam ipsi cum plenitudine honoris canonici assignetis.

[ 1 Sed cum ipse decanus morte præventus, in negotio ipso ul- terius non potuisset procedere.]

[ 2 Cum autem propter hoc idem Presbyter ad eisdem præ- decess. nostris presentiarum accessisset, sicut ex literis eius nobis inno- tuat.]

CAP. V.

Semestre ad eligendum seu conferendum à iure præfixum non curat legitime impedito, nec incipit curare, nisi à die notitia va- cantiam. h. d. Et est textus multum allegabilis & quotidianus.

Idem P. sanctæ M. in via lata Dia. Card.

Apost. sed. leg.

a In Cod. Barb. ita: ubi ad eum spectat collatio. b ordinen- tur. c C. 39. eod. tit. de appell. in 1. comp. & post Conc. Lat. p. 47. c. 7. d Ca. 1. eod. tit. in 3. computat. & Vid. Fredericum consil. 299. e De hoc articulo, vid. Felimon in c. postulasti. infra. De refer. vers. quartus casus. Adde notas huius loci, quibus declaratur glossa in verbo dispensare.



electum literarum nostrarum dignaretur aut. Apost. confirmare, & ab ipsa præpositura d. Sedunen. Episcopum amovere.]

CAP. VII.

Ubi constat beneficium collatum per habentem potestatem, per exceptionem abjurantis & renunciationis, non debet possessio mandari.

Idem Archid. a Richemundia.

Post electionem & confirmationem Episcopi Elien. vacante Archidiaconatu Richmundia, quem tenuerat Eboracen. Archiepiscopus, eum tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracen. capitulo in mandatis ut rein Archidiaconum recipere procurarent: cujus noluerunt mandato parere: quia præced. nost. inter alia, quæ Decano & capitulo Eboracen. suo privilegio noſcitur indulſiſſe, ordinationem canonicorum seu personarum liberam eſſe decrevit, ut videlicet idonea & honesta persona, cui Archiepiſcopus vacantem in ecclesia Eboracen. præbendam vel dignitatem duxerit b conſecrandam, ſecundum antiquam iplius eccleſie conſuetudinem præſentaretur Decano & capitulo ſupradictis: & infra. Si quis c contra conſuetudinem hujusmodi in ecclesia ipſa eſſet per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Quod ſi Archiepiſc. intra terminum Laterane. d concil. ſecundum formam præſcriptam, perſonæ idoneæ non conferret, liceret Decano & capitulo auctor. Apoſtol. juxta ejuſdem concil. ſtatuta conferre. Cum igitur in literis Archiepiſcopi directis capitulo, de Decano mentio nullatenus haberetur, per cujus manum debeas in capitulo inveſtiri, ejus mandato exiitit contradicendum: & infra. Iplius igitur inſtitutione propter prætermiſſas rationes a capitulo reprobata, ipſi intelligentes Archidiaconatus donationem ad eos, tam auctor. Lateranen. concil. quam indulti tibi privilegii devolutam, R. de ſancto Cadmundo e illum unanimiter conſulerunt, inveſtientes eundem de ipſo, & ſolenniter inſtallantes. Proceſſu vero temporis præſatus Archiepiſcopus poſt reſignationem & abjuratorem a te factam, & receptam ab ipſo, eidem R. Archidiaconatum contulit antedictum: qui Archidiaconatum iplum, tam ratione prima, quam ſecundæ conſeſſionis, ſibi aſſignatum, per ſedem Apoſtolicam petiit confirmari: [ 1 & infra. ] Quoniam conſtitit nobis Archidiaconatum prædictum tibi per Eboracen. Archiepiſcopum primitus fuiſſe conſeſſum, & quod inſtitutio facta per ipſum, ſecundum juris ordinem minime reprobata, Archidiaconatus non vacans, non potuit nec debuit in alium rite transferri: memorati R. qui contra juſtitiam regulam in Archidiaconatum alterius proveyhi ſe conſeſſit, ſuper eo duximus ſilentium imponendum: ſententialiter decernentes, ut inſtitutio facta per Archiepiſcopum de te forniatur effectum. Exinde ſi ſuper renunciatione, vel abjuratone, vel aliquo præmiſſorum aliquis, qui velit & valeat, adverſus te quicquam duxerit proponendum: ordine poterit judiciario experiri.

[ 1 Ad cuius objectiones ex ordine taliter reſpondebas, quod licet Decani mentio in literis Archiepiſcopi directis capitulo expreſſe facta non eſſet, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebat. Adreſti præterea quod ſe etiam ea feciſſes, per adverſarium tamen tacito tibi objeci non poterat cum effectu, cui potius quod ſuper ipſo Archidiaconatu eſſet ſilentium imponendum, & approbata reſignatione tua tibi reſtitutio faciendâ, ex conſeſſione partu adverſi, iudicio facta & ſæpius repetita, oſtendere nitabar: ipſe namq. Richemundia: interrogatus in iure ex quo tempore Archidiaconatus Richemundia: ſibi per capitulo fuerit aſſignatus, reſpondit quod circa Feſt. Aſcenſionis proximum triennium completeretur. Cum igitur ex data literarum noſtrarum conſtaret Archiepiſcopum apud

a Ca. 4. eod. tit. in 3. compil. b duceret. c In multi antiqua: & ſi quis. d ſub Alexand. III. c. 8. e Eadmundo. f al. ita: exinde vero.

ſed, Apoſtol. conſtitutum, & in eiu per nos antiquum ſus fuerit declaratum, ut tempus quoad Apoſtolicam ſedem acceſſit, apud illam permanſit, vel receſſit ab ipſa, non eſſet infra tempus ſex menſium computandum: liquido conſtare dicebat tempus illud Archiepiſcopo minime concurriffe, ſed ſi etiam quadriennium effluxiſſet, ſicut etiam prioru reſponſi. ſed poenitens ultimo propoſuit para adverſa quod ex parte tua de iure fieri dicebatur, cum etiam tunc arripuiſſet iter ad ſed. Apoſtol. venendi, licet illud non fuerit continuu proſecutus, impedimentu multiplicibus retardatus, interpretatio reſcripti noſtri ad tempus etiam huius pertinebat, cui poſtea præſcriptio nocere non poterat in exilio conſtituto.]

CAP. VIII.

Recepto in canonicum, tenetur capitulum providere, quam citò facultas ſe obtulerit.

Idem C. canonico Tridentino a.

Umsuper b quaſtione Triden. e præbendæ: [ 1 & infra. ] Cum autem conſtet te in canonicum Trid. d eccleſie fuiſſe receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateran. e concil. pars adverſa proponat, quia tamen probatum non exitit, nec ipſi canonici videbantur tibi hoc opponere poſſe de iure, qui ſe fatentur te contra ſtatuta præſati concilii recepiſſe: ſententialiter decernimus, ut tibi, quam citò ſe facultas obtulerit, præbendale beneficium in Triden. f eccleſia conferatur: cum ex quo receptus es in canonicum, non debet ſecundum carete præbenda.

[ 1 Que vertebatur inter te & Episcopum & canonicos Triden. tu & procuratores partu alterius in noſtra eſſeſe præſentia conſtituti, vobis H. Cardin. dedimus auctorem, coram quo pro te fuiſt allegatum, quod eum bo. m. O. Triden. Episcopus patruus tuus ab Apoſtolica ſede reverſus, Triden. canonicos rogaviſſet, ut te recipientem in canonicum, ipſi te receperunt, nulla prima vel ſecunda habita mentione, qui ab illo tempore uſque nunc locum in choro & capitulo habuiſti, & domo in ipſa canonica tibi aſſignatus poſſediſti. Procuratores vero partu alterius reſpondebant, quod cum in Triden. eccleſia certus ſit canonicorum numerus, nos ei mandavimus ut R. Subdiaconum in canonicum recipientem.]

CAP. IX.

Si habens præbendam, in eadem ecclesia recipit dignitatem cura præbenda, vel aliam præbendam, vacat prima: & quamvis a ſuperiore ſibi confirmetur, tamen valet impetratio per alium facta de ipſa, etiam tacito de poſſeſſione alterius, qua colorata non eſt. h. d. ſecundum verum intellectum. Pavor.

Idem Episcopo & Magistro P. canonico Hildefinſi.

Literas g veſtras accepimus, quod cum pro D. Erico vobis ſcripſerimus ut eum de præbenda vacante ſancti Vniſcardi Bremen. quam dicebat ad donationem noſtram fuiſſe juxta Lateranen. concil. ſtatuta devolutam, cura retis auctor. Apoſtol. inveſtire: [ 1 & 7. ] De facto [ fuit ] propoſitum coram nobis b, quod H. præpoſitus quondam ſimplex canonicus ejuſdem eccleſie de ipſa i in majori eccleſia in canonicum eſt electus, & poſtmodum anni ſpatio evoluto, in ipſa eccleſia ſancti Vniſcardi in præpoſitum eſt aſſumptus, priorem præbendam nihilominus retinens, quam in ipſa eccleſia tunc habebat: [ 2 & infra. ] Sed præpoſitus allegabat e contra, quod erat ex conſuetudine generali, quod unus in eadem eccleſia plures haberet præbendas, & cum Archiepiſcopus Bremen. præpoſitum ipſum de præpoſitura in plena ſynodo inveſtiret, tam præpoſituram illam, quam præbendam ei de k canonicorum confirmavit ad ſenſu: [ 3 & infra. ] Vnde cum vobis dubium videretur, utrum cum aliquis de una præbenda eligatur

a Tridonen. al. ita: idem canonicis Tridonen. b Ca. 5. eod. tit. in 3. compil. c Tridonen. d Triden. e Alias ita: Lateran. conc. ſtatuta. f Triden. g Ca. 6. eod. titul. in 3. compil. h nobis, legitur in antiq. & ita etiam habetur in antiq. compilat. i In omnibus antiq. ita: de ipſa in majori eccleſia canonicum eſt electus. k communis.



ad aliam, statim prior vacare incipiat, an per sententiam debeat adjudicari a eadem, an propter confirmationem hujusmodi, quæ superius est expressa, præbenda illa dici debeat non vacare: nos consulere voluistis. Cum igitur si ita est, præbenda illa etsi non de facto, de jure tamen vacare noscatur: mandamus, quatenus dictum præpositum, ut illam sine difficultate resignet, appell. recogatis: quam, cum de facto vacaverit, clerico memorato conferre curetis.

[ 1 Si Canonici quibus super hoc scribebamus, id exequi non curarent, Herberto præposito & quibusdam canonicis ipsius ecclesie cum ipso D. & Magistro H. canonico ipsius loci in nostra propter hoc præsentia constitutus, se fuit. ]

[ 2 Et super hoc partes consentiebant, fuit etiam ab una parte præpositum, quod ipse præpositus præter præbendam illam aliam præbendam habebat præposituram connexam, quam inficiatus esse esse præbendam. Præterea fuit allegatum de jure, quod ex quo idem præpositus de minori ecclesia vocatus fuerat ad maiorem, prima præbenda de jure inciperet vacare juxta canonem instituta: deinde fuit ex parte clericis allegatum, primam fuisse ordinationem ejusdem ecclesie ut in ea redemptum essent persone, præpositus scilicet cum duodecim fratribus, quæ ordinatione nullatenus seruetur, nisi decerneretur, illa præbenda vacare. ]

[ 3 Eos qui super hoc inquietarent eundem, vinculo excommunicationis astringens. Unde objiciebatur clerico memorato, quod propter hoc sententiam excommunicationis incurrisset, sed ipse talem confirmationem interuenisse negabat, quæ etiam si intervenisset, assereret eam non tenere de jure. ]

CAP. X.

In ecclesia non numerata vacatio præbendarum, seu canonicatum possibilia non est: nec sibi devolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non providendo ecclesia de ministris. b. d. & est casus notabilis.

Idem Episc. & Archiepiscopo Papien.

EX parte b. Hastenen. ecclesie nostris est auribus intimitatum, quod cum quædam præbendæ in ipsa per quatuor annos, & amplius vacavissent, Hastenen. Episcopus quoddam ibidem instituit, credens sibi hoc ex Lateran. concilio licere. Instituti autem scientes, non esse firmam institutionem hujusmodi, ad Mediolan. Archiepiscopum recurserunt: qui eosdem in canonicos Hastenen. ecclesie ordinavit, & in corporalem possessionem præbendarum induxit, capitulum ejusdem ecclesie præbente adfensum a, tribus tantum exceptis, qui se in institutioni hujusmodi opponere curaverunt: [ 1 & 7. ] Tandem utraque pars concorditer est confessã, quod in prædicta ecclesia non erant distinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus evidenter, statutum Lateran. concilii de beneficiis ultra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse, etsi forte Hastenen. ecclesia canonicorum pateretur defectum. Unde institutio per Archiepiscopum, vel Episcopum facta, occasione concilii memorati, catere debet robore firmitatis. Quia vero totum capitulum, tribus exceptis, prædictorum receptionem adfectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos objectum est & ostensum: mandamus, quatenus si Hasten. ecclesia suppetant facultates, secundum consuetudinem hætenus observatam, prædictos clericos pro canonicis faciatis haberi.

[ 1 Tres illi dicebant electionem debere cassari, quia nec Episcopus nec Archiepiscopus prædicti de conceptione Lateran. concilii tunc in ordinatione illa poterant præfatam ecclesiam ordinare, cum uterque circa tempus eius indultum a canone, in ordinatione fuerit negligens & remissus. Huic verò altera pars dicebat, quod licet in-

a Abjudicari legitur in omnibus manuscriptis. & ponitur pro aufferri, quod & series indicat, unde colliges perperam in aliquo vulgatu legi adjudicari, in alio, abdicari: quod est suavis. b C. 7. eod. tit. in 3. comp. c Constitutus. d Confensus. e Lateran. Concil. sub Alex. III. v. d.

stitutio Episcopi non valeret, Archiep. tamen institutio de jure valeret, quod quia tempus ei indultum a canone nisi a tempore qua id declaratum fuerat, non curret. His autem iuris, præpositus. ]

CAP. XI.

Habens potestatem conferendi, potest de jure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

Idem Episcopo & capitulo Laudun. a

CONstitutus b in præsentia nostra H. Subdiaconus ecclesie vestrae canonicis humiliter intimavit, quod tu frater Episcopo, potestatem ei dedisti sacerdotalem conferendi præbendam, quæ e primò in ecclesia vestra esset vacatura: & Rhemen. Archiepiscopo, tunc Apost. sed. leg. vobis filii capituli d auctoritate nostra præcepit, ut cum præbenda ipsa vacaret, personam illam, cui veller eam H. conferre, sine interpositione alterius personæ recipere ad ipsam: [ 1 & 7. ] Quocirca mandamus, quatenus personam illam, tui memoratus H. sacerdotalem præbendam, cum contigerit eam vacare e, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis: & tu interim frater Episcopo, præbendam hujusmodi contra formam concessionis tuæ, conferre alicui non presumas: [ 2 & 7. ] Quia verò concessionem tales (si ad consequentiam traherentur) fieri possent in fraudem canonicæ sanctionis f, per quam prohibentur ecclesiastica beneficia concedi sine promitti antequam vacent, nolimus, quod hujusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personalem, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur g.

[ 1 Afferret etiam idem Subdiac. quod cum esset ad Apostolicam sedem accessurus, ipse sibi præcavens, appellavit, ut tu frater Archiepiscopo, si forte interim aliquam sacerdotalem contingeret vacare præbendam, eam nulli conferres, nec vos filii capitulum reciperetis aliquem præsentatum ad illam, nisi quem duxerit præfatus Sub. præsentandum. ]

[ 2 Aliquam novèri nos dilecti fil. n. cancellarius Heiden & A. canonicus Parisiens. dedisse in mandatu, ut vos ad hoc per con. eccles. appell. re. compellant, in irritum reducentes si quod post applicationem a præfato Subdiacono ad nos legitime interpositam contra concessionem sibi factam de sacerdotali præbenda novèri attentatum. ]

CAP. XII.

Lateranense concilium de beneficiis ultra sex menses vacantibus, ad Episcopatum non extenditur.

Idem.

Dilectus b filius Magister G. canonicus vester nobis suggessit, quod Episcopo vestro viam universæ civitatis ingresso Archiepiscopus sanctæ Severinæ advenit, quod propter negligentiam vestram ad ipsum erat eligendi auctoritas devoluta, in Episcopum vestrum eligit eundem. Nos igitur attendentes, quod canon Lateranen. concil. ab Alexandr. Papa contra negligentes editus, ad Archiepiscopatum vel Episcopatum non solet extendi, sed ad personatus alios & minora ecclesiastica beneficia coarctari, electionem hujusmodi iustitia cassavimus exigente.

CAP. XIII.

Non valet promissio beneficii vacaturi.

Idem Priori i. Hostien. & superiori S. Fridi.

EX k tenore litterarum vestrarum accepimus, quod eum causam, quæ inter I. clericum ex una parte, & Abbatem & conventum de Bello ex altera, super pro-

a Laudonen. al. Laudun. b Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. c al. ita qua primò esset in vestra eccl. vacat. d Capitulum, e illam. f In Conc. Lat. sub Alex. III. c. 8. & c. 2. sup. eod. adde Conc. Trid. sess. 24. de resor. cap. 19. g Tributatur. h C. 9. eod. tit. in 3. comp. i Priori Host. & Subpriori S. Fridi. al. ita: Priori de Osen & Subpriori S. Fridi. unda. k C. 10. eod. tit. in 3. comp. visione

visione crederetur ipsius. [ 1 & 7. ] Dicitur clericus post  
litam contestatam chartam quamdam Monachorum ex-  
hibuit, continentem quod primam ecclesiam ad donatio-  
nem suam spectantem assignarent eidem: [ 2 & infra. ]  
Nos igitur attendentes, quod promissio predicta non te-  
net, ut pote contra statuta Lateran. a concilio attentata:  
mandamus, quatenus memorato clerico super hoc silen-  
tium imponentes, ab impetitione ipsius dictos Abbates  
& Monachos absolvatis.

[ 1. *Ubi duximus committendam.* ]  
[ 2. *Nihilominus per idoneos testes probans, ipsos post promissum eius, licet potuerunt nolle, sibi quonquam super hoc admitti fuerant providisse: quate dictos Abbates & Monachos ad assignandum sibi redditum & marcharum cogens cum instantia postulabat, sui ex adverso responsam, quod ratione promissionis huius, utpote facta contra Lateranensem concilium, quae probari per chartam exhibitam videbatur, eos non poterat convenire asserentibus: alius vero in contrariam sententiam, super hoc fuisse hinc inde coram nobis diutius disputatum, vos quid iuris sit in hoc articulo dubitantes in negotio ipse ulterius procedere noluit, donec super hoc reciperetur nostra beneplacitum voluntatem: nobis humiliter supplicasti, ut quid sit in hac parte agendum vos degenere per nostras reddere literas contineat.* ]

CAP. XIV.

Obligatur praelatus, qui promittit providere cum poterit.

Idem.

**A**ccedens & ad Apostol. sed. R. clericus suam nobis  
annuationem monstravit, quod cum promiseritis  
vos provisorie eidem in ecclesiastico beneficio cum pos-  
setis, sicut per literas iudicis delegati inde confectas li-  
quid appareret: [ 1 & infra. ] Nos autem confide-  
rentes, quod aliud est praelatum promittere beneficii  
collationem cum poterit, aliud cum vacabit: cum in  
multis casibus se facultas offerre possit, in quibus colla-  
tio non esset in expectatione vacatur: beneficii differen-  
tia: mandamus, quatenus memorato R. (cum poteritis)  
ecclesiasticum beneficium assignetis.

[ 1. *Ubi igitur id habentis efficere non curastis, allegantes coram iudicibus, quod talis promissio vos multatens obligaret, cum videatur esse facta contra Lateranensem concilium, quod promissionem inhi-  
bet non vacantis beneficii.* ]

CAP. XV.

Si ad capitulum & praelatum, ut praelatum, potestas conferenda  
perit, de uno ad alterum lapsu temporis non transit: sed si pra-  
elatus interfuit, ut canonice: quia tunc de capitulo transit ad prae-  
latum, nisi delatum committat. h. d. & est textus multum allegabilis.

Idem.

**P**ostulasti e per sed. Apostol. edoceri, ut cum ad vos  
& Archiepiscopum vestrum simul, donatio prae-  
bendarum ecclesiae vestrae pertinet, utrum praebendae vacan-  
tis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat, si  
tam intra semestre tempus neglexeritis ordinare? Ad  
quod breviter, quod si vos & idem Archiepiscopus in-  
tra tempus praescriptum, circa hoc negligentes extiteri-  
tis: sicut nec ab illo ad vos, ita nec a vobis ad illum po-  
testas devolvitur conferendi, sed secundum statuta La-  
teran. concil. d. ad superiorem transit donatio: Nisi forte  
Archiepiscopus non ut praelatus, sed ut canonicus vo-  
biscum jus habeat conferendi e. Et in hoc casu cum do-  
lose impediit, dolus ei inoffragari non debet.

CAP. XVI.

Sicut non potest patronus promittere se presentaturum aliquem  
ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem presentandi ante-  
quam beneficium vacet.

a Sub Alex. III. c. 8. & nunc contra Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 19. b Ca. 1. eod. tit. in 4. comp. c Ca. 2. eod. tit. in 4. comp. d Sub Alex. III. c. 8. e Virum donata ambasciatoribus, cedant eorum lucro, vide varias opinio. in l. si veris. §. item quidquid. ff. sol. man. & in l. qui proprio. ff. de procur.

Honorius III. Episcopo & praeposito capitulo  
Cameracensi.

**C**um dilecta in Christo filia comitissa Flandren. a fe-  
cerit promissiones de non vacantibus beneficiis ec-  
clesiarum, in quibus jus obtinet patronatus, & donatio-  
nes eorum in manibus posuerit alienis. Mandamus, qua-  
tenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne simi-  
lia de caetero attentare praesumat b.

NE SEDE VACANTE ALIQUID  
INNOVETUR.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Vacante sede status eius mutari non debet.

Innocentius III. Primi & conventui c  
Glaston.

**N**ovit d. ille, qui scrutator est cordium, & cogno-  
scitor secretorum, quod licet C. praed. no. ecclesiam  
vestram crexerit cathedralem, ipsam Bathoni-  
en. ecclesia uniendo, ut idem esset Episcopus utriusque:  
quia tamen haec unio adferebatur a nobis in grave pra-  
udicium Glaston. ecclesiae redundare, cum per ipsam dis-  
solveretur religio, & fraudaretur elemosyna, & hospi-  
talis tolleretur: nos ad relevandum ecclesiae vestrae  
statum coepimus intendere diligenter: [ 1 & infra. ]  
Vos autem post obitum Bathonien. Episcopi humiliter  
postulastis, ut quia tempus advenerat, quo sine scandalo  
ecclesiae vestrae ruina poterat relevari e, cum & Batho-  
nien. ecclesia id ipsum pariter postularet, Rex quoque cum  
regni magnatibus, & quidam Episcopi cum multis Ab-  
batibus deposcerent illud idem, ut unione penitus dis-  
soluta, monasterium vestrum reduceremus in statum  
antiquum, sub Abbatis regimine gubernandum. At-  
tendentes igitur, quod Episcopali sede vacante, non de-  
bet aliquid innovari, cum non sit, qui Episcopale jus tu-  
ceatur, maxime ne plus favisse personae, quam ecclesiae  
videremur, si quod eo vivente concessimus, post obitum  
ejus subito mutaremur: petitionem vestram nequivimus  
exaudire, auctoritate praedicta indulgentes f, ut  
cum Bathonien. ecclesia de praesule fuerit ordinata, jus  
vestrum apud sedem Apostolicam prosequendi faculta-  
tem liberam habeatis: interim autem sub cura prioris  
idem monasterium gubernetur.

[ 1. *Et quoniam absonum videbatur ut subito p. nostri evacua-  
remus in hac parte statutum, cum ei quantum cum Deo possimus  
deserre velimus, sicut & volumus, quia quantum cum Deo pote-  
runt nobis vestri deservent successores, invicem unione manente, sic de  
caetero distulimus, quantumcumque, bo. me. Sanarigo Bathonien. E-  
piscopo displiceret, frequenter ob hoc ad sed. Apostol. laborante, quod  
status ecclesiae vestrae videbatur in melius relevatus. Unde post di-  
versos tractatus & deliberationes multiplices, quod per providos &  
honestos auctores nostri mandati super hoc extitit ordinatum, ad peti-  
tionem ejusdem Episcopi postquam aliud a nobis non potuit obtinere,  
Apostolice tandem curam viximus maxime reborare.* ]

CAP. II.

Beneficia spectantia ad collationem praelati, non possunt conferri  
per capitulum sede vacante.

Honorius III. Episcopo g [Calmen] & Magistris  
V. & S. Canonice Suesonien. h.

**I**lla devotionis sinceritas: [ 1 & infra. ] Ecclesiam  
sancti Leucini, de qua Magistrum R. donationis no-  
strae gratia praecedente praebendae nomine de manda-  
to nostro Capuanus Archiepiscopus investivit, sibi

a Flandrorum. b al. ut similia de caetero attentare non praesumat. c al. Glaston. d Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. Psal. 7. Sap. 1. Hier. 17. e Vid. l. acquisitionem. cum nota. ff. de usuf. f alit. auctorit. presentium. g al. ita: Episcopo Cam. & Magistr. & r. alia: Calmen. h al. Suesonien.



duximus confirmandam: Non obstante concessione per capitulum facta alii, seu confirmatione nostra, si qua in forma communi appareat a obtrata: cum nusquam inveniatur cautum in iure, quod capitulum vacante sede, fidei quod vice Episcopi in collationibus praebeandarum: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi praebeandas ad capitulum per superioris negligentiam devoluta, cum non fuerit ibi superior, qui eas posset de facto vel de iure conferre,

[ 1 Quam dicit fil. Magister R. Decanus Trajan. ad personam nostram & sed. Apostol. habentibus habuisse dignoscitur, nos inducit ut cum pro sua scientia & prohibitu intuitu geramus in visceribus charitatis, & eidem negare volumus quae secundum Deum fuerunt concedenda. Unde nos.]

CAP. IV.

Sede vacante iudicium habitum contra ecclesiam non tenet.

Idem Episcopo Burginen. b

Constitutis coram I. praed. nost. procuratore ecclesiae sanctae Mariae de Castro forti, & Burginen. c Episcopo praedecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem Episcopo restitutionem super libertate liberè eligendi sibi praelatum: [ 1 & 7. d ] Nos igitur depositiones testium qui vacante Burginen. e ecclesia, & carente legitimo defensore fuerunt f recepti, duximus reprobandas.

[ 1 Quam etiam super tercia ipsius ecclesiae & reb. alii, quibus omnibus pari sua spoliatia fuerat, inducitur. Littere igitur coram p. n. concessata super praemissis, & postmodum coram iudicibus delegatis factu confessionibus & receptu testibus, eadem causa fuit ad nos instructa remissa: procuratoribus igitur partium in nostra praesentia constitutus, cum super praemissis coram nobis diutius litigassent.]

DE HIS, QVAE FIUNT A PRAELATO & sine consensu capituli.

TITVLVS X.

CAP. I.

Non tenet alienatio rei ecclesiastica absque approbatione capituli.

Ex Concilio apud Valentiam.

Irrita erit Episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticae, absque collaudatione & subscriptione clericorum.

CAP. II.

In temporalis alienatione, quam facit praelatus, taciturnitas capituli habetur pro consensu.

Alexander III. Norvicens. Episcopo.

Continebatur h. & 7. Con. t. r. r. quod concessio decimarum ab Abbatisa prius facta, si conventu sciente, & non contradicente facta est, robur firmum debet habere. Verum si ignorante conventu aut contradicente decimam prius praedicto H. concessit, & non post multum i temporis de adensu conventus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet praedecedere priori.

CAP. III.

Alienatio temporalis facta sine consensu capituli, per ratificationem eius reboratur.

Idem Vigoren. Episcopo k.

Um nos I iam pridem: [ 1 & infra. ] Certum est de rigore iuris concessionem illam non tenere, quam reclamante capitulo per praedecessorem tuum constat factam fuisse: Nisi eam ratam postmodum habuisset.

a Appareat. alii. apparet. b Burgens. habent omnes Codices Vaticani, uno recentiori excepto, in quo legitur Burginen. c alii. Burgd. d Haec verba ( & 7. ) desunt in magno vetusto, sed habentur iam in recentioribus. e al. Burgd. f fuerint. g Pralatis. h Post Concil. Lateran. sub Alexandr. III. part. 47. cap. 5. & 2. eod. titul. in 1. compil. i tempus. k Vigoren. l Cap. 3. eod. tit. in 1. compil.

[ 1 Si bene meminimus per litteras nostras indulgimus, ut si praedecessor tuus reclamante capitulo ecclesiae tuae Abbati & fratribus de Offensae ecclesiam Deben. contulit, eam tibi removere liceret: iam dicti fratres sicut adseris litteras nostras indulgimus, ut ipsi ecclesiam praedictam dimittentes pacifice possidendam, immemoribus existentibus scriptis super hoc tibi fuerat à nobis indultum. Licet autem tibi indulgissimus, prudentiam tamen tuam memimus & exhortamur attentius, quatenus devoto intuitu, & pro reverentia B. Petri & nostrae, ecclesiam ipsam si quo modo sine gravi detrimento ecclesiae tuae potes iam dictis fratribus in pace dimittas: quia decet prudentiam tuam ad commodum & profectum religiosorum locorum intendere, & quod idem praed. tuae pietatis studii fuerit, ratum & firmum habere. Si autem eandem ipsi ecclesiam dimittere forte non poteris, non obstantibus litteris quas praedicti fratres super hoc impetraverunt, scriptum exinde indultum in sua voluntate stabilitate consistere, quomam.]

CAP. IV.

Tralatus sine consilio capituli instituitur, vel desinitur, vel alia negotia ecclesiae tractare non debet. hoc dicitur, cum capitulo sequenti.

Idem Hierosolym. Patriarcha.

Novit a tuae discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui unum corpus sitis, ita quod tu caput, & illi membra esse probantur. Vnde non decet e ommissis membris, aliorum consilio in ecclesia tua negotii uti: cum id non sit dubium & honestati tuae, & sanctorum Patrum institutionibus b contraire.

Innocti siquidem auribus nostris, quod tu sine consilio fratrum tuorum Canonicoꝝ S. Sepulchri, Abbates, & Abbatissas & alias ecclesiasticas personas instituis & desinitis: [ 1 & 7. ] Ideoq; id auctor. Apost. prohibemus, & infra. Nos enim tales institutiones, & desinitiones carere decernimus robore firmitatis.

[ 1 Non considerans neq; attendens quomodo te non sit dubium statuta S. S. canonum transgredi.]

CAP. V.

Summatum est supra capitulo proximo.

Idem eodem.

Quanto c: [ 1 & 7. ] Frat. tuae mandamus, quatenus in concessionibus & confirmationibus, & aliis ecclesiae tuae negotiis fratres tuos requires, & d cum eorum consilio, vel sanioris partis, eadem peragas & pertractes, & quae stituenda sunt statuas, & errata corrigas, & evellenda dissipas & evellas. Absentium quoq; fratrum nomina inscribi non sinas f, quia talia monumenta sunt irrita & falsa, & tu exinde quaxtionem falsi poteris merito formidare.

[ 1 Majori dignitate Domino dante praemine, tanto decet amplius & oportet te in omnibus eam diligentiam & gravitatem habere, quod omnia videaris sine nota & reprehensione peragere, & laudabiliter inunctis tibi sollicitudinis officium disponere. Audivimus autem, unde mirari sumus, sicut mirari meritis poteramus, quod in concessionibus & confirmationibus omisso canonico ecclesiae tuae, consilio clericorum & laicorum circa te communitatum, qui non sunt de corpore ecclesiae ipsius, interdum imò saepe requirunt, & in eisdem concessionibus & donationibus & confirmationibus, in acta eorum consilium & voluntatem procedit, & in privilegio etiam, quod tuam profusum non decet honestatem, ad maiorem auctoritatem, & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tanquam si praesentes fuerint, factu subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi commissis ecclesiae consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus unum corpus consistere comprobatur.]

a Cap. 4. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 15. b confirmat. c Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 30. r. 18. & c. 5. eod. tit. in 1. compil. d al. ut cura. e In C. Bar. & quae statuenda fuerint statuendi. f al. facti. CAP.



CAP. VI.

Sic ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit prælati de consensu capituli, vel majoris partis, nisi de consuetudine, vel privilegio competat sibi prælati.

Celestinus III.

EA a noscitur: [ 1 & infra. ] Cum in provincia tua sæpe contingat, quod ad ecclesias, in quibus collegia præsentandi habentur, eorum Abbates aut per se, aut per literas, personas idoneas Episcopis diocesis præsentant, & eis præsentatis & receptis, aliquando ante, aliquando post, Monachi contradicunt. Respondemus, quod in præsentationibus prælatorum intelligi debet, quod fiant de collegiorum suorum ad sensu, sine quo non obtinent firmitatem. Unde si consenserit conventus, vel majoris & b sanioris partis, non adfuisse consensum, institutiones hujusmodi convenit evacuari, nisi ex antiqua & approbata consuetudine, vel concessa libertate, aliqui eorum probaverint committi sibi collegii non debere in ecclesiarum seu beneficiorum collationibus requiri consensum.

[ 1 Ex tua siquidem nobis est parte propositum, quod. ]

CAP. VII.

Tenet donatio, quam de filius diocelani consensu facit laicus ecclesia de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudum ab antiquo, si est, ante Lateranense concilium.

Innocentius III. Archiepiscopo c & Magistro scholarium d litterarum.

Quia apostolica sedes: [ 1 & infra. ] Sanè sicut ex litteris vestris accepimus, cum ex una parte capitulum S. Stephani, & ex altera Monachi de Platea s. super decima quadam in vestrum compromississent arbitrium: Dicit Monachi proponebant donationem ipsius decimæ, sibi à quodam milite factam, & Bituricensis Archiepiscopi diocesis, ejus accedente consensu, confirmatam fuisse, sequæ auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum, ait: Si aliquando & fuerint à laicis male detenta, quæ divini juris esse noscuntur, & in usum transierint Monachorum, Episcopo loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixæ. E contrario pars allegabat adversa, consensum Episcopi sine cleri consensu minus sufficere: auctoritate Leonis Papæ b, dicentis: Ne quis Episcopus de rebus ecclesiæ, quicquam donare vel commutare vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius cleri consensu atque tractatu eligat, quod non sit dubium ecclesiæ, profuturum. Quia verò nos consulere voluisti, utrum quando decima tenetur à laico, si conferatur ecclesiæ ad confirmandam donationem consensu Episcopi, sine cleri consensu sufficiat? Taliter respondem. quod monendus est laicus, qui decimam & detinet, ut eam restituat ecclesiæ ad quam spectat, qui si forte induci nequiverit, & eam diocelani consensu alteri ecclesiæ assignaverit, præsertim religioso conventui: constabit ipsa t. donatio perpetua firmitate subnixæ. Auctoritates enim præmissæ, licet diversæ sint, non tamen adversa: cum aliud sit alienare, quod ab ecclesia possidetur, & aliud, quod detinetur à laico ad usum ecclesiasticum revocare. In alienatione quoque; juxta Leonis Papæ decretum consensu Episcopi sine

a Cap. i. eod. tit. in 2. compila. b al. vel. c al. Archiepiscopo in plur. d scholarum, legitur in omnib. ser. Vat. e Cr. De his que conceduntur ab Episcopo sine cons. capit. in 3. compila. f Prælat. g al. aliqua. h 12. quæst. 2. cap. sine exceptione. i facit. prætor. in princ. cum gloss. & not. & Bari. D. ne quid in bono publ. & l. prohibere. §. plan. D. quod vi aut clam. k tenet. l ija.

clericorum a consensu non sufficit. In revocatione autem juxta b scripturam Hieronymi sufficit consensus Episcopi, cum per c utrumque utilitati ecclesiæ consulatur. Nam & in Lateranen. d concilio est inhibuitur, ne quilibet religiosa persona ecclesiæ & decimas de manibus laicorum, sine consensu Episcoporum recipiat: per quod indirectè datur intelligi, quod sufficit consensus Episcopi, ut licitum ecclesiæ sit decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuò sunt concessæ.

[ 1 Cui licet immeriti præsidemus, universis per orbem ecclesiæ, non humana, sed divina institutione sit prælata, & justum est & conveniens, ut ad eam tanquam ad magistræ & matrem super diversis juris articulis referantur dubia quæstiones, quatenus quæ iura constituit, eadem quoque iura distinguat, ne qua diversa cernatur, videantur adversa. ]

CAP. VIII.

Non potest Episcopus sine consensu capituli concedere ecclesiæ aliam ecclesiæ, etiam si habeat ius patronatus in ecclesiâ concessa.

Idem Meten. Archiepiscopo e.

TYVA s. nuper: & infra. Adiecit etiam, utrum Episcopo, vel electo cum solo Archiepiscopo præter ad sensum majoris ecclesiæ, cum ab ipsa eligatur Episcopus, & Archiepiscopus adsumatur de ipsa, cænobiiis vel ecclesiis conventualibus, ad quas jus pertinet patronatus, liceat conferre perpetuò vacantes ecclesiæ baptismales: & infra. Alterius etiam quæstionis solutio ex Epistola Leonis Papæ colligitur evidentè, in qua legitur: Ne quis Episcopus de rebus ecclesiæ, quicquam donare, vel permutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora recipiat, & totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum. Irrita enim Episcoporum donatio, venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit, absque conventia & subscriptione clericorum: per hoc enim noveris solutam secundo loco propositam quæstionem, cum concessionibus ecclesiarum perpetuas, ad alienationes non sit dubium pertinere.

CAP. IX.

Episcopus parochiales ecclesiæ, vel obventiones ipsarum, de consensu patroni sine consensu capituli sui, monasterio conferre non potest.

Idem Episcopo Helien.

PASTORALIS officii diligentia: [ 1 & infra. ] Præterea quævisi (cum auctoritate g Dionysii fuerint parochia limitatæ) quatenus singularum parochiarum proventus in usus ecclesiæ cederent necessarios, & stipendia ministrorum: si Episcopo liceat sine auctoritate summi Pont. vel saltem sine sui capituli voluntate, viris religiosi conferre obventiones alicujus parochialis ecclesiæ, sustentatione vicarii reservata. Et cum b Lateranen. concilii statuta prohibeant ecclesiis novam imponi, vel augere veterem pensionem, postulas edoceri, an Episcopus valeat religiosi consentiente patrono totam ecclesiam, vel de novo conferre aliquam portionem? Ad quod breviter respondem. quod salva constitutione canonica de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum, neque secundum potuit facere Episcopus (nisi de licentia Rom. Pontif. præter capituli sui voluntatem.

[ 1 Quare sup. de refer. de off. & pot. iud. del. &c. ]

CAP. X.

Ad concilia provincialia vocari debent & admitti cathedralium ecclesiarum capitula.

a Assensu. b aliter rescriptum. c utramque. d Sub Alexandr. III. cap. 9. e alit. Merens. f Ca. 2. De his que conced. ab Episc. sine consensu. c. in 3. comp. g Dionys. Pap. epist. 2. ad Severum Episc. h Concil. Lateran. sub Alexandr. III. c. 7. §. prohibemus.





Innocentius III. a Archiepiscopo Senon. & eius suffraganeis.

ET si membra corporis b: & infra. Provincie Senon. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos questionum transferunt, quod Archiepiscopus Senon. & eius suffraganei, procuratores eorum nuper ad provinciale concilium convocatos ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. Visum fuit nobis & fratribus nostris ut capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant invitari, & eorum nuncii ad tractatum admitti, maxime super illis, quae ipsa capitula contingere dignoscuntur.

DE HIS, QVAE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI.

TITVLVS XI.

CAP. I.

In uniuersitatibus ecclesiasticis praevalet regulariter, quod fit a maiori parte, nisi minor pars rationaliter contradicat. h. d.

Et Concilio Lateran. c.

**C**um in cunctis ecclesiis, quod pluribus & sanioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari: grave nimis est, & reprehensione dignissimum, quod per quosdam ecclesias pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ad ordinationem d. ecclesiasticam procedere non permittunt.

Quae circa presenti decreto statuimus, ut nisi a paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit & e. ostensum, appell. re. praevalet semper & suum consequatur effectum, quod a maiori & saniori parte capituli fuerit constitutum. Nec constitutionem s. nostram impediatur, si forte aliquis ad conservandam ecclesiam suae consuetudinem se iuramento dicit adstrictum: nec enim iuramenta, sed potius perjury sunt dicenda, quae contra utilitatem ecclesiae & sanctorum Patrum veniunt instituta. Si quis autem g. huiusmodi consuetudines, quae nex ratione h. iurantur, nec sacris congruunt institutis, iure praesumpserit, donec dignam egerit penitentiam, a perceptione sit Domini corporis i. alienus.

CAP. II.

Canonicus non interdicit ecclesiam, sed hoc facere debet Episcopus cum capitulo.

Celestin. III. R. Claremon. Episcopo.

**Q**uasiuit: [1 & infra.] Super l. eo, quod ecclesiam quam quidam ex canonicis etiam minimis, quia pensio ecclesiae debita non redditur, vel clericus aliquis aut parochianus deliquit m, sine tuo & aliorum canonicorum adfensu interdico n supponunt: [2 & infra.] Fratres n. tuae litterae respond. quod interdictum in aliqua ecclesia per aliquem vel per aliquos de canonicis tuis sine tuo & aliorum fratrum adfensu positum, observetur: [3 & infra.] Sed si quis in his deliquerit, ecclesiastica coercitioni subiacet: cum peccata suos auctores o tenere debeant, nec poena sit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.

[1] An nobis tua diligentia prohibetur, quod observari debeat.

[2] Per quod ipse ecclesia servitutum deperit, & inde in populo scandalum non modicum generatur. Super qua.

[3] Nisi talis excessus exiterit & tam gravis, per quem merito ecclesia silere debeat, nec sustineas praetextu occasionis huiusmodi.

a alit. Honor. III. habetur in omnibus antiquis. b De provincialib. Coel. Vid. Concil. Trid. sess. 24. c. 2. & sess. 25. de reform. cap. 2. c Concil. Lat. sub Alex. III. c. 16. & Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. d Dicitur ad desit in aliquot antiq. e vel. f vestram. g exim. h alit. non. i alit. Clemens III. k Claremonen. l Cap. 2. eod. titul. in 2. compil. m al. delinquit. n Supponit. o Auctores.

ut interdictum ab alio observetur, nisi tuus & aliorum Canonico-rum consensus accesserit.

CAP. III.

Communis ordinatio ecclesiae, per contraditionem & appellationem eius, cuius non interest, impediri non debet. h. d. quoad titulum. Innocentius III. Augusten. praeposito.

**E**x ore & sedentis: [1 & infra.] Accedentibus ad praed. no. T. ac B. Augusten. b Canonico pro questione, quae inter vos super praepositura August. ecclesiae vertebatur: ex parte ipsius B. fuit propositum, quod pater eiusdem a. C. praed. no. Decano & capitulo Augusten. literas obtinuit destinari, ut intra spacium mensis unius eundem eligerent & adfamerent in praepositum Augusten. in signum investiturae annulo aureo destinato, & quibusdam mandati Apostolici executoribus constitutus. Capitulum memoratum cum audisset, quod C. e. quondam eorum praepositus in Episcopus Brixien. electus & confirmatus fuisset: licet dictas literas d. recepissent, in contemptum tamen eorum assignato prius termino, intra quem ipsi deberent super mandato Apostolico respondere, H. tunc Augusten. Decanum in praepositum elegerunt: [2 & infra.] Quia [verò] legitime constitit, quod praedictus B. de praepositura non fuit aliquatenus investitus, et si mandatum fuerit, in deo investiturae: de qua etiam si investitus fuisset, investitura eius per praed. no. certa fuit ratione impedita: quae nec etiam si cassata fuisset, per hoc, quod dicto H. reverentiam exhibuit, quae debetur e. praeposito, iuri suo renunciasse videtur: nos attendentes sibi de iure non potuisse competere, ut per appellationem ob id interpositam, communem ordinationem ecclesiae impediret, intelligentes etiam te a maiori parte tam dignitate quam numero eorum, quos eligendi jus constabat habere, electum fuisse canonicè in praepositum, electionem tuam auctoritate Apostolica confirmamus, praefato B. super praepositura silentium imponentes.

[1] In throno procedat gladius bis acutus, hic est gladius Salomonis qui fecit utriusque, reddens utriusque quod suum est. Nisi igitur qui licet immeritis locum veri Salomonis utriusque dignitate tenemus, gladium istum tunc prudenter excitemus, cum quatuor in auditorio nostro legitime ventilatas, mediante iustitia desinat. Ad hoc verò emergentium prolixitas quaestionum & difficultas causarum ad fidem Apostolicam referantur, ut cum earum sententia fuerint assertione partium patefacta, procedat ab Apostolice sententia deducens, in certitudinem dubia, & obscura producat lucem, ut litigantium dissensione sopita, suam iustitiam tanquam sequatur auctorem. Inde si quidem fuit quod.

[2] Cum ergo dictus Cardin. hac & alia quacunque fuerint hinc inde proposita, nobis ac fratribus nostris fideliter retulisset, satisfactionibus & allegationibus, & rationibus utriusque plenius auditis & cognitis.]

CAP. IV.

Prælati cum maiori parte capituli contradicente minori statum re potest, quod ad necessariam reparationem fabricae quibus canonicis consorte tenetur.

Idem.

**E**x parte tua f. nobis fuit, frater Archiepiscopo, intimatum, quod ad restaurandam fabricam Rothomagen. ecclesiae tractatum communiter habuistis, & postulante ut quilibet canonicorum operum pariter aliquam suorum reddituum portionem recipere pio & necessario deputaret: [1 & infra.] Statuimus, ut si quis g.

a Cap. un. eod. titul. in 3. compul. b alit. Augusten. Canonico. c D. al. E. d suscipisset: in aliquot ita legitur: in contemptum eorum, assignato tamen praes. e In Codice Barchin. qua debet praeposito exhiberi. f Cap. 1. eod. titul. in 4. comp. g qui. h alit. venetum.

vestrum tuis, frater Archiepiscopo, & majoris & sanioris partis capituli statuti super hoc duxerit a resistendum, obineat sententia plurimorum b.

[ Quia vero super hoc diversa fuerunt inter vos, sicut canonicis & variis voluntates, ne tam laudabile opus in vestra distantia negligatur.]

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DIMINUTIONE CONFERANTUR.

TITVLVS XII. CAP. I.

Robur sufficit pro summario. Vel summa secundum Abbatem: Occulta collatio beneficii, licet sit suspecta, bene valet, dummodo alio legitime facta probetur h.d. Et est casus not. non tamen facit ad titulum, nec omnes distincti hoc tenent, sed maior pars concludit cum hoc summario.

Innoc. III. Mediolan. Archiepiscopi.

Vt nostrum e procedat de vultu Dei iudicium: [ i & f. ] Præterea proponebas, quod cum nullus debeat sine accusatione d damnari, nec aliquid circa negotium illud sit actum in forma iudicii, depositionis testium non poterat tibi præiudicium generare. Quia verò hæc allegatio personam nostram tangere videbatur, dignum duximus causam commissæ inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negotio perperam prosequeremur, præsertim cum ratio assignanda debeat esse potestis profutura. Cum enim iuris sit explorati, quod actor non probante, is qui convenitur, etiam si nihil præstiterit e, debet absolvi: videri poterat, quod nos tibi, qui conveniebaris à nobis, malitiose vel indiscrete onas probationis super tribus præmissis articulis imposuimus: videlicet ut offenderes, quod prædictam cancellariam personæ idoneæ, modo canonice, & tempore competentis donasses. Porro cum donatio fuisset occulta, & ideo suspitione non careat, & elapso jam anno nullus cancellarius omnino appareat: non immerito credebamus, quod secundum Lateran. concilii f statuta ad nos esset ipsius cancellariæ donatio devoluta, & ideo potuissimus ipsam sine culpa conferre: quoniam etsi locum Dei tenemus in terris, non tamen de occultis potuimus g divinare. Quia ergo contra illud quod prima facie iuste præsumebatur pro nobis, præsertim cum responderis prima vice, quod cancellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus: non fuit gravamen, sed gratia: nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quod etiam de modo canonico fidei nobis fieri mandavimus, tu causam præstisti mandato, qui sæpe nobis per literas tuas intimasti, & tandem probasti per testes, quod retentis tibi proventibus officium concesseris memoratum: ex quo non immerito in talem concessionem fuimus suspicati. Et ideo nos, qui non tam ex plenitudine potestatis, quam ex officii debito possumus & debemus de subditorum excessibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime causam h occasione præstante, inquisitionem commissam faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, te in tribus comperimus fuisse culpabilem: circa contrarietatem responsi, quia non solum nobis, sed nec cuiquã debuisses ex certa scientia contraria respondere. Circa carnalitatē animi, quia non ex

adfectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium & beneficium in persona magis idonea a dispensare. Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione vel conventionem quacunque sub modo vel tenore præscripto concedere nudum officium, & tibi retinere proventus: cum in Lateranen. concil. e prohibitorum sit, ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, partem proventuum suis ulibus retinere præsumat: & alibi cautum reperitur in canone, quod ecclesiastica beneficia sine diminutione b debent conferri. Unde credimus distinguendum, utrum qui dat spirituale beneficium, proventus ipsius ante donationem percipiat. Nam si proventus ante donationem non d perceperit ipse, sed alius, & ex donatione consequatur e, ut ipse proventus f percipiat, non est dubium g circa hæc intercedere simoniacam pravitatem. Si verò ante donationem perceperit ipse proventus, credimus distinguendum, utrum ante donationem constituit, ut ipsi proventus retineantur ad tempus pro causa iusta & necessaria: aut conveniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunque, ut officio illo concessio retineat ipse sibi proventus. Primum enim membrum credimus esse licitum. Secundum autem dicimus non licere: ne viam aperiatur his, qui pravitatem suam fatagunt palliare.

[ Et oculi nostri videant aequitatem, qua regia via debemus incedere, nec ad sinistram omnino nec ad dextram declinare, ita magnum iudicantes ut parvum, quia non est apud Deum acceptio personarum, &c. Quia post interdictionem nostram et præsumpsisti tradere bullam, eam in traditione saltem debuisses differre donec nostrum consuleres beneplacitum, dilecti. sil. n. I. Archiepiscopi. & Oleno canonice Mediolanen. dedimus in mandatu, ut si etiam post secundum mandatum, per quod totius cognitionis negotii ad nostrum iudicium revocamus, ut id ipsum recognoscerent attentationem, traditionem sigilli decernerent irritam & manent. inhibentes h. ne quolibet modo eo uti præsumeret, cum plus sit Roman. Pontifici ad se aliquid negotium evocare, quam ad eum super aliquo negotio provocare.]

DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON.

TITVLVS XIII. CAP. I.

Non potest praelatus res unius ecclesie alteri dare, nec invicem res illas commutare sine ambarum consensu.

Ex Concilio Lugdun. i quarto.

Non licet k Episcopo vel Abbati terram unius ecclesie vendere ad aliam, quamvis ambæ in e jus sint potestate: tamen si commutare voluerit terras earum, cum consensu ambarum l partium faciat.

CAP. II.

Principes seculares res ecclesie donare non possunt: & qui ab eis recipiunt, excommunicantur: perdunt omnia, que ab ecclesia aliter legitime obtinebant. hoc dicit, secundum unum intellectum, qui factus placet.

Et eodem m.

Quis res ecclesie petunt à Regibus, & horrenda cupiditatis impulsu egenrium substantiam rapiunt, irrita

a Cap. constitutus. supra de appell. b ejus tibi. c Lateranen. sub Alexandr. III. capit. 7. b. prohibemus. d percepit. e consequitur. f recipiat. g Hac duo verba, circa hæc, desunt in antiq. h al. vel non alienandus. i Lugdun. k Burch. l 3. de r. c. 24. lvo p. 3. c. 3. cap. 20. & Cap. 1. eod. tit. in 1. compiat. Vid. Chalder. consil. 4. hoc tit. l Vox partium. deest in antiq. m al. idem. Burch. l 3. c. 36. & lvo p. 16. c. 37.

a Duxerint. b Vid. l. & suum hered. s. fil. l. seq. ff. de pac. & l. quod major ff. ad mun. c C. i. eod. tit. in 3. comp. d accusari. e debeat. f Alex. III. cap. 8. g possimus quod ergo. h Qualiter differant causa & occasio, vide his Pannor. i Dicitur ex deest in quibusdam.

habeantur, quæ obtinent, & à communione ecclesiæ (cujus facultatem auferre cupiunt) excludantur.

CAP. III.

Reitor ecclesiæ, qui dat ecclesiæ rem dupla estimationis, servos ecclesiæ manumittere potest: ipse tamen manumissus & ejus posterit erunt sub patrocinio ecclesiæ, ita communitur firmatur, tamen non placet Pannor. id quod dicitur de estimatione.

Ex concilio Tolet.

Consensus totius concilii definiunt, ut sacerdotibus, qui aut aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua prædia, vel familias ecclesiis suis adquirent, liceat aliquos de familia ejusdem ecclesiæ manumittere, juxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreverunt: Ita ut cum peculio & posteritate sua sub patrocinio ecclesiæ maneant, utilitates injunctas sibi, juxta quod poterunt, prosequentes.

CAP. IV.

Si prælatus nil de suo dant ecclesiæ, servum ecclesiæ manumittit, non tenet manumissio.

Ex eodem a.

Episcopi qui nil ex proprio ecclesiæ Christi conferunt, liberos ex famulis ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Inipium est enim, ut qui res suas ecclesiæ non attulerit, damnum inferat. Tales igitur liberos b successor Episcopus absque aliqua oppositione ad jus ecclesiæ revocabit.

CAP. V.

Res ecclesiæ alienari non debent.

Ex concilio apud Silvanen. e

Nvlli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ, sive agrum, sive rusticum mancipium d, neque specialis hypotheca titulo obligare. Alienationis autem verbum continet [ i ] e conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum. Vnde omnes sacerdotes ab hujusmodi alienatione absterneant: poenas timentes, quas Leonina constitutio comminatur.

[ i Ita legit Innocentius, intelligit, de contractu, cui fuit adscripta conditio: veluti, Si natus ex Asia venerit. Lectio mihi non probatur ob illud in jure vulgatum: conditio nihil disponit. Alii Conductionem legebant, quos Innocentius damnat, inquiens: Conducere non est alienare. Sane rectè, nisi forte conductio perpetua foret, ut annotat Hostiensis. Ego legendum putarem: Alienationis verbum continet Testamenti conditionem, &c. Nam proculdubio qui Testamentum condit, alienat. Vel etiam quod sentit Innocentius accipit immutatam rei conditionem, id est, statum, causam, naturam prædii, veluti: Si factus illud tributarius, vel annua pensione graves. Quintinus.]

CAP. VI.

Alienatio de rebus ecclesiæ facta non tenet, & alienatores nisi rem restituant, excommunicantur, & quilibet clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. b. d. Et est textus mirabilis, & quotidie allegatur.

Symmachus Papa in Romana synodo tertia, habita circiter annum Domini 506. vel 507. cap. 4, 5, 6, 7, & 8. ejus synodi Tolet. concil. infra.

Si quis Presbyterorum, Diaconorum, seu defensorum alienanti prædium ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: nisi forte & alienator, & qui acceperit f. celeri restitutione sibi prospexerint. Quod si minore animæ suæ cura remedium g oblatum neglexerint, præter poenam super hoc

a Ex eodem scil. concilio Toletan. 4. cap. 66. b Liberos, duo versis codices. c Burchard. libr. 3. decret. cap. 144. lxx part. 3. cap. 183. d Vid. l. 2. & 3. ff. de arver. & temp. presf. e Conductionem. aliter, Conditionem. f aliter, respexit. g aliter, remedio.

adscriptam, confectum exinde documentum viribus (quamvis ab initio nullas habuerit) vacueto. Sed etiam licet a quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerret, ut & cum fructibus possint alienata reposcere, & ecclesiastica auctoritate fulciri.

CAP. VII.

Terra non fertili ecclesiæ dari potest in emphyteusim e, cuius fructus reducatur ad cultum.

Alexander III. Vigorien. b Episcopo.

Ad c aures: & infra. Illas terras, quæ de sylvis extirpata sunt arabiles factæ, eis hereditario jure poteris concedere sub annuo censu tenendas, à quibus suo vel parentum suorum labore confiterit extirpata. Nisi forte tunc aliis possint ad majorem ecclesiæ utilitatem cum eodem labore & onere conferri.

CAP. VIII.

Iurans non alienare bona ecclesiæ, non potest alienare ea, quæ sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur an sint de mensa, sui dicit usq. ad 5. possessiones. Abbas.

Celestinus tertius Ravenn. Archiepiscopo.

Vt a superaliqua: [ i & infra. ] Sanè quævisi à nobis, si possessiones sive redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis provenientes, quos præter, quousq. diem clausi extremum, ad manus suas tenuit, & in proprium usum excepit vel expendit, nec aliis infudavit, de mensa sint Archiepiscopi intelligendi, & de eis cum ex sacramento fidelitatis tenentis Apollol. sed nihil alienare, contractus alienationis cuiuslibet possit intervenire. Tuæ ergo inquisitioni taliter responde, quod si intelligatur de mensa, sive non, ut non alienentur, consultus existimamus e.

[ i Reposta questionis dubietas Apost. sed. providentia evaditur, Romanam Ecclesiæ, cui licet immeriti præsidemus, singularem consultationibus convenit respondere.]

Possessiones ecclesiæ minus utiles, pro utilioribus de consensu capituli potest Episcopus permutare vel alienare.

Possessiones vero, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt utiles, pro aliis utilioribus de fratrurn tuorum & s. sanioris partis consilio & ad sensu alienandi seu commutandi liberam concedimus facultatem.

CAP. IX.

Canonicus prædium ecclesiæ perpetuo locare non potest.

Idem Exemen. Episcopo.

Ad g audientiam nostram noveritis pervenisse, quod quidam de canonicis Exonen. ecclesiæ quædam prædia ejusdem (inconsultis aliis fratribus) in damnum & ejus in perpetuum locaverunt. Ideoq. mandamus, quatinus (si vetum est quod adferitur) locationes illas legitime revocare procuret: ita quod si eadem prædia non aliter revocari poterunt, eos, quos noveris harum locationum auctores k, ad susceptam inde pecuniam conductuoribus refundendam l appell. re. compellas.

CAP. X.

Possessiones, quæ sunt de mensa, non possunt alienari. Ecclesiæ consueta regi per regulares, secularibus clericis conferri non debent. b. d. Ioan. de Imola.

Innocentius tertius Archiepiscopo Monachi regali.

Possessiones m ad mensam tuam vel capituli pertinentes, alienare non debes: Aut ecclesiis in quibus Monachi ministrare consueverunt, clericis vel laicis.

a Liceat. b Vigor. al. Vigornesi. c Poss. emitt. Later. sub Alexand. III. part. 29. cap. 4. & Cap. 7. eod. tit. in 7. compilat. d Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. e estimamus. f vel. g Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. & vid. Anc. cons. h al. ita: in damnum eccles. i poterint, potuerunt. k auctores. l referendam. m Cap. eod. tit. in 3. compil.



CAP. XI.

Restitutio ecclesie contra alienationem, per quam enormiter fuit lesa. h. d. secundum lecturam veriorum.

Idem Episcopo Mauriensi, & proposito Vico. a

Ad b nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum Tusien. e monasterium depressum esset onere maximo debitorum, Abbas & conventus ipsidem villam quandam necessitate coacti B. laico concesserunt in feudum, tali conditione adposita, quod idem lxxx. libras persolveret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non distulit effectui mancipare: [ 1 & infra. ] Unde d humiliter supplicarunt, ut feudum predictum faceremus ad utilitatem monasterii revocari, praesertim cum idem laicus primo anno de ipsius proventus ultra summam perceperit praxatam, & per multos postmodum annos sumplerit ejus fructus: [ 2 & 7. ] [ Quocirca e ] mandamus, quatenus si predictum monasterium, propter hoc inveniatis enorme dispendium incurrisse, dictum laicum ut (pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro utilitate ipsius monasterii expendisse noscitur, ab eisdem Abbate & conventu recepta, cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) praxatum feudum eidem monasterio dimitat liberum & quietum, appellatione postposita, compellatis.

[ 1 Verum quia praefatum monasterium, sicut dicitur, enormiter est lesum, in hoc eo quod de redditibus villa praefata conventus duobus singulis annis percipit, & in festo duodecim lectionum, pisces vel aliud aequali consuetudine percipere. ]

[ 2 Nos igitur sic volentes gravaminibus praefati monasterii prorsus, quod alius non videamus injuriam irrogare. ]

CAP. XII.

Alienatio rei ecclesiastica facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, non tenet, licet adprobetur per constitutionem laicam.

Idem in concilio generali. f

Utm g laicis, quamvis religiosis, disponendi de rebus ecclesie nulla sit attributa potestas b, quos obsequandi manet necessitas, non auctoritas imperandi: dolemus in quibusdam ex illis i sic refrigescere charitatem, quod immunitatem ecclesiastica libertatis, quam non tantum sancti Patres, sed etiam Principes seculares privilegii multis munerunt, non formidant suis constitutionibus vel potius destitutionibus k impugnare l, non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum, & usurpatione jurisdictionum, sed etiam de mortuatis, nec non & aliis quae juri spirituali adnexa videntur, illicitè praesumendo. Volentes igitur super his indemnitatibus consulere ecclesiasticarum, ac tantis gravaminibus providere, constitutiones & venditiones hujusmodi feudorum, seu aliorum bonorum ecclesiasticorum, sine legitimo personarum ecclesie assensu praesumptas, occasione constitutionis laicae potestatis (cum non constituto, sed destituito vel destructo diei possit, nec non usurpatione jurisdictionum m) sacri adprobatione concilii decernimus non tenere, praesumptoribus per eadem ecclesie compellendis.

DE PRECARIIS.

TITVLVS XIII.

CAP. I.

Brevi est, nec potest brevius summat.

Ex Concilio apud Beluacem. a

Precaria de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem & antiquam consuetudinem renouentur.

CAP. II.

Reuocat successor precariam per praedecessorem irrationabiliter factam.

Ex concilio Carthagenen. b

De precariis irrationabiliter factis a rectoribus ecclesiarum, se suosque successores poena gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvere nequeant: Praecipimus ut nemo successor antecessoris sui poena sit obligatus, sed suae providentiae sit concessum, ut si antecessor ejus res ecclesiae irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ejusdem ecclesiae reuocentur.

CAP. III.

Concessio precarii extinguitur voluntate concedentis, aut ei succedenti: precaria autem concessio non.

Gregorius nonus.

Precazium e utendum conceditur, quamdiu patitur, qui concessit: solvitur quoque obitu ejus, cui concessum est d, non etiam concedentis: aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc revocare volenti: quia per conventionem hujusmodi non licet rem alienam invito domino possideri. Porro precariae, quae quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium revocanda. e

DE COMMODATO.

TITVLVS XIV.

CAP. unicum.

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de leuissima culpa, non de casti, nisi in tribus casibus hic positi. Et commodatum ante usum completum non reuocatur. h. d.

Idem Gregorius nonus.

Utm f gratia sui tantum quis commodatum accepit, de leuissima etiam culpa tenetur: Licet casus fortuitus (nisi acciderit culpa sua, vel intervenit pactum, seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. Contra eum quoque rectè commodati non agitur, nisi post usum expleum, cuius gratia res fuerat commodata: Cum non decipi beneficio nos oporteat, sed adjuuari.

DE DEPOSITO.

TITVLVS XV.

CAP. I.

Ex deposito facto apud clericum ecclesie, non tenetur ecclesia, nisi in utilitatem ecclesie sit versum.

Alexander III. London. g. Episc.

Gravis h illa querimonia usque ad nos super deposito tuo tibi haecenus denegato pervenit: [ 1 & 7. ] Cum enim non consistat pecuniarum tuam, quam ille vir Belial furatus est, in ecclesiae utilitatem convertam, non debemus de jure contra cano-

a Beluacem, Barc. l. 3. c. 169. Ivo p. 3. c. 230. & c. 1. eod. tit. in 1. comp. b Ant. August. in not. antiq. collectionis eod. tit. c. 2. aut, se non invenisse in concilio hoc caput. c Vid. l. 1. & ibi gloss. & Bart. ff. eod. tit. d Hostiensis legendum seu corrigendum hic admodum ita: sed non concedentis. e Vid. l. creditoris. & quod ibi not. Bart. C. de pigno. f Vid. text. in §. item in cur. res. insit. quib. modis re contrahitur obligat. g London. al. Ludon. al. Lngdunen. al. Londonen. al. Lincenien. h C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 21.

nicos ejusdem ecclesie pacifice intentare iustionis instantiam, ut tibi eandem reddant pecuniam, persona, non ecclesie commendatam.

Quocirca suademus, ut in illum furem tuam dirigas actionem, eo quod (ut audivimus) loculos habet, & ea que tibi subrepta sunt, asportavit. Nam & iudicibus dedimus in mandatis, ut illum iniquum sub questionibus ad rationem ponant, etiam (si opportuerit) vinculis alligatum, ut dictam pecuniam reddere compellatur: & infra. Si autem cum eis amicabilem poteris de reductum perceptione pacisci, noveris, id nobis acceptum.

[ 1 Duplici nos anxietate perstringens, eo quod tibi in hoc & deesse non possumus, & adesse non valeamus. ]

CAP. II.

Dicit ad quid tenetur depositarius, & quomodo repetatur depositum.

Gregorius nonus.

Bona fides a abesse presumitur, si rebus tuis salvis intentibus, depositas amisti. De culpa quoque teneris, si teipsum deposito obtulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto vero, culpa vel mora precedentibus, casus etiam foretuis imputatur. Sane depositori licuit pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationi vel deductioni locus non fuit, ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur. Licet compensatio admittatur in aliis, si causa, ex qua postulat, sit liquida, ita quod facilem exitum creditur habere.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

TITVLVS XVII.

CAP. I.

Cogit Episcopus ne carius vendatur transuentibus, quam in mercato venderetur.

Ex concilio apud Valen. c.]

Lacuit ut Presbyteri a plicbes suas admoveant, ut & ipsi hospitales sint, & non carius vendant transuentibus, quam in mercato vendere possunt. Alioquin ad Presbyterum transuentes hoc referant, ut illius iussu cum humanitate sibi vendant.

CAP. II.

Fraudans mensuras & pondera, triginta diebus in pane & aqua paniterere debet.

Ex concilio Moguntin.

Justas mensuras & pondera iusta fiant: [ 1 & 7. ] Si quis praesumpserit, 30. dies in pane & aqua poeniteat.

[ 1 Sicut in divinis legibus sancitum est, & in capitulari Domini Caroli continetur, sicut & iste sacer conventus constituit, sic in omnibus observare placet. ]

CAP. III.

Tenes venditio licet venditor sit deceptus ultra dimidiam iusti precii: potest tamen venditor agere, ut restituatur res, vel iustum precium supplicetur: & si alterum praesceperit, succumbat.

Alexander III. Atrebaten.

Episcopo.

Uim dilecti e filii Beluacen. canonici contra Abbatem & fratres Cariloci s proponerent querimoniam, quod sylvam quae Nigtauallis dicitur a quibusdam

a Vid. tex. & ibi plene per doll. s. praeerea & u. Injl. quib. mod. re contrah. oblig. & Anton. Gomez. tom. 2. var. ref. c. 7. b reducat. c. Alumnus. al. Aluim. al. Aluernan. al. Aluern. al. Aluc. d. Bur. l. 2. decr. c. 161. l. 109. d. c. 219. & c. 2. eod. tit. in compil. vid. B. Thom. & ibi Coyer. 2. l. 9. 77. art. 1. Coruar. l. 3. c. 14. var. refol. e. Cap. eod. tit. in 1. comp. f. Caroli loc.

eorum ignorante capitulo pro 10. libris 40. marchas tunc valentem comparasset: causam ipsam Morinen. a. Episcopo & decano Remen. commissum terminandam adiacentes, quod si uterque causa cognitioni interesset, requirit, alter in eodem negotio procedere non differret.

[ 1 & 7. ] Tandem decanus in illius cause cognitione processit: & cum ei per testes b. constitisset quod praedicti fratres sylvam minus dimidia iusti precii comparassent, pronuntiavit e venditionem non tenere: & sylvam Beluacen. ecclesie adjudicans, canonicos in possessionem induxit: [ 2 & 7. ] Quia [verò] in arbitrio emptoris est, si velit, supplere iustum pretium, aut venditionem rescindere, cum res minus dimidia iusti precii comparatur: sententiam ipsam tanquam iuri contrariam irritantes, possessionem monachis iudicavimus esse reddendam, salva quaestione canonici super deceptioe pretii, vel consensu capituli in venditione non habito, & alia causa rationabili, quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

[ 1 Cum itaq. decanus partes ad suam praesentiam convocasset, Abbas & monachi non ad agendum & respondendum, sed ad querendum dilatione mencia destinarunt, afferentes, quod ad nos miserant, & ad audientiam nostram appellaverant. Verum quis in literis appellatio remota fuerat. ]

[ 2 Nunciis igitur utriusq. partis in nostra propter hoc praesentia constituta, dum ex parte canonicorum instanter & salubriter peteretur auct. ap. confirmari, habita deliberatione cum fratribus nostris & aliis sapientibus, qui legibus iurati iudicant, eandem sententiam iuri contrariam intelleximus. ]

CAP. IV.

Si vir habeat alia bona, unde uxor possit sibi consulere, & consentiente uxore rem propter nuptias donatam uxori resciderit: emptorem, qui spacio triginta annorum rem possiderit, non potest uxor inquietare super ea, maxime si pretium sua uxoris in communionem usum viri & uxoris, h. d. secundum intellectum, quem tenet Parvor. Et est casus notab. limitans jus civile, secundum le. And. non oportet adiacere, maxime: sed omnia illa tria necessariis requiruntur.

Coelestinus II.

Peruenit e ad nos quod P. miles, A. uxori suae quaedam domum in donationem propter nuptias allegatam, muliere ipsa expressum dante consentum, B. mulieri vendidit pro certa pecunia quantitate [ 1 & 7. ] Praenominato vero milite viam universae carnis agnoscit relicta eius venire contra hoc praesumit, allegans illam domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam alienari non potuisse, licet ejus consensus ipsi non esset contractui accessisse. f. praefata vero B. ex eo nititur la. tueri, quod 30. an. g. constante illorum matrimonio domum ipsam bona fide, tituloque iusto possedit: & quia in communes usus viri & uxoris illius precium est conversum, ac facta venditionis tempore, unde sibi praefata mulier consulere potuisset, in viri facultatibus consistebat. Quia igitur super his nos consulere curasti: respondemus, praedictam emptricem (si vera sunt, quae praenominatus praescripsit occasione super ipsa domo non debere ulterius fatigari.

[ 1 Quam ex eadem venditione B. matrimonio supradicto existente 30. annis libere pacifice possedit. ]

CAP. V.

Si in venditione adponitur pactionem de recuperanda re, post

a Morin. b Hac duo verba, per testes, desunt in omnibus manuscr. & aliu. antrig. exempl. c verbum, pronuntiatum, desest in antrig. quod tamen adesse debere postulat scriptor. d. de de l. 2. c. de rescind. vend. per Pinellum. e. C. 2. eod. tit. in 2. comp. f. Vide auct. sive a me. Cad. Velleianum. g. al. per p. annos, &c.



certum tempus, modico constituto pretio: praesumitur pignus, & non venditio.

Innocentius III. Episcopo Pallenen. a

A nostram b noveris audientiam pervenisse, quod a R. laicus dator praesentium, ab M. mutuum recipere voluisset, creditor ne per canonem contra usurarios editum c, possit in posterum conveniri, domos & olivas recepti ab eodem titulo emptionis, cum revera contractus usurarius ageretur d: quod patet ex eo, quod creditor debitori promissis, quod quandoque a septennio usque ad novennium daret lx. uncias tarenorum, quae vix dimidiam e justis precii contingebant, domos ejus restitueret & olivas. Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrociniati f non debent: mandamus, quatenus si res ita se habet, instrumentum venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra usurarios non obstante, praedictum M. ad restituendas domos & olivas ei, ad quem debent hereditario jure devolvi (cum debitor sit viam universae carnis ingressus) per poenam in Lateran. concilio contra usurarios promulgatam, appellatione remota compellatur.

CAP. VI.

Venditor deceptus ultra dimidiam justis pretii, agere potest, ut restituat pretium acceptum restituitur, vel justum pretium supplicatur, & in hoc electio est emptori. h. d. secundum Antonium.

Idem Episcopo & Archiepiscopo Vrbinate.

Cum causa g, qua inter oconomum monasterii sancti Martini de monte ex parte una, ac cives Viterbenses super casamentis ex altera vertebatur, fuisset aliquandiu ventilata, cum constitisset nobis monasterium in venditione ultra dimidiam justis pretii fuisse deceptum: sententiam decrevimus, ut praefati cives aut recepto pretio possessiones restituere memoratas, aut supplerent, quantum constaret legitime venditionis tempore justo pretio defuisse.

CAP. VII.

Trius casus, in quibus re evicta non tenetur venditor emptori restituere.

Gregorius nonus.

Venditori post b institutum contra se iudicium, qui dimiserit, ut rem venditam sibi defenderet nunciare, vel contumaciter absuit tempore sententiae promulgatae, seu per in iuriam sententia lata fuit, de evictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit.

DE LOCATO ET CONDUCTO.

TITVLVS XVIII.

CAP. I.

Excommunicati sunt magistri & scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis conduxerunt hospitium alicuius magistrorum vel scholarum, sine eorum consensu.

Clemens tertius.

In rescripto i literarum Tusulanen. Episcopi nobis innotuit, quod cum civitatem Bonon. tempore suae legationis intrasset: [ i & j ] Constitutionem factam ab Episcopo Portuen. Apostol. sed. leg. & a praedicto Tusulanen. Episcopo postmodum confirmatam, videlicet ut nullus magistrorum k seu scholarum super conducendis alicuius hospitium in laetorem & pra-

a Pallenen. cap. Pall. en. b C. i. de empt. in 3. compila. c editum. d existisset. e dimidiam. f debet. l. si in fraudem. C. de leg. l. i. lex dolo. De dolo. In relictus. Auth. frve a me. Cad. Vellejan. g C. i. cod. in 3. comp. h Vid. Anton. Gomez. tom. 2. Var. res. l. c. de empt. & vend. i Cun. eod. tit. in 2. comp. k Appellatione magistrorum comprehenduntur Doct. utriusq. iura. leg. miter. & l. i. qui ff. ex quib. caus. majores.

iudicium habitantium audeat hospitem convenire, nisi prius confiteretur tempus conductionis elapsum, vel inquilini in hoc suum favorem praestiterint & consensum; cum idem Fortuen. sub excommunicatione a hoc prohibuit, & alter sub poena anathematis idem decrevit observandum: ratam b esse decernimus, & auctoritate Apostolica confirmamus: Statuentes, ut a te frater Episcopo & tuo quolibet successore hoc singulis annis in communi audientia magistrorum atque scholarium recitetur.

[ I Invenit ibi fuisse a bo. me. vv. quendam Portuen. Episcopo constitutum, & sub excommunicatione prohibitum, ne aliqui scholares hospitium majoris mercedis promissione conducerent, ut ea sibi vel majori gloria studio, quasi potentiores in expensis apparere volentes, vel privata utilitati commodo vendicarent. Unde ipse sollicita provisione consideras, quod huiusmodi conditioni improbitas & discordia fontem, & impedimenta non modica pareret studiorum: praedictam.]

CAP. II.

Persona ecclesiastica locare possunt proventus decimarum huiusmodi quibus conditio ecclesiae sit melior, statuto diocesani contrariis non obstante: & eadem ratio est de aliis rebus ecclesiae.

Innocentius III. Abbati & conventui S.

Perri Fratell. Londin. c

dioces.

Vestra nobis relatio declaravit, quod cum ad firmam fructus vestrarum dare consueveritis decimarum: infra. Diocesi. Episcoporum statuto contrario non obstante, vestrarum decimarum proventus illis libere locare potestis, cum quibus ecclesiae vestrae conditionem poteritis facere meliorem: ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur extendi.

CAP. III.

Propter sterilitatem gravem conductori sine culpa sua contingentem, remittitur pensio pro rata, nisi possit cum ubertate praecedentis vel sequenti temporis compensari. h. d. usq. ad 5. verum.

Gregorius IX.

Propter d sterilitatem adficietem magno incommodo conductores, vitio rei, sine e culpa coloni, seu casu fortuito contingentem f, colonis ecclesiae tuae pro rata pensionis remissio est facienda, nisi cum ubertate praecedentis g, vel subsequenti anni valeat sterilitas compensari.

Tonantur hic quatuor casus, in quibus inquilinus potest ante tempus conductionis finita licite expelli. Abbas.

Verum invito inquilino domum inhabitare vel reficere poteris, si necessitas (quae tamen non imminet locationis tempore) id exposcat: remissa sibi pro residuo temporis pensione: qui etiam inde rationabiliter amoveretur, si perversè ibi fuerit conversatus, vel cum canonem per biennium non solvisset, sibi satisfactione celer non providit. b

CAP. IV.

Emphyteuta ecclesiae meliorationes suas vendere non potest, nisi servari ha, de quibus hic. Et si contra fecerit, vel canonem per biennium non solverit, nec moram postea celeriter purgaverit, iuste potest expelli.

Idem.

Potuit emphyteuta (ecclesia primitus requisita, eique nunciato, quantum sibi ab aliis offertur i, si nolle se

a Al. sub poena excommun. b ratum. c Lexonenf. al. London. d Vid. Ant. Gomez. tom. 2. Var. res. c. 3. Arizon. Pennellum in l. 2. C. de refund. vend. pari. i. c. 3. Parisium cons. l. i. Guid. Pap. dec. 630. e & sine culpa. f contingente. g sequenti. h praevidetur. i Vid. l. i. & si rem. ff. dep. & l. domus. s. 2. & utrobique. Bari. ff. de leg. 1.

has tunc... n. a E... mandam... resse ne... differret... itione... od pra... imparal... & Syl... n pollet... tro em... enditio... vetri d... contri... mus esse... ceptose... abito, &... onachus... vovagis, ad que... me... que in... ne pres... dicitur... abito no... o fover... & om... it: em... itit u... iam m... quem... dicitur... cessant... que qua... aliq... B. mo... & f... g... d... m... d... m... d... d... & qua... et con... praes... conside... ti: re... ux pra... non... d... do... re, p... in omni... untur... e. d. fr... a 2. comp... al per p... certum

emere dixerit, vel à denunciationis tempore duorum (spacium mensium sic elapsum) meliorationes & jus sibi competens alius vendere, qui ab emptione hujusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque secus presumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium (nisi ceteri satisfactione postmodum sibi confutere studuisse) justè potuisset repelli. *a* Non obstante, quòd ei ut canonem solveret, non extitit nunciatus: cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat. *b*

DE RERVM PERMVTATIO-  
NE.

TITVLVS XIX.

CAP. I.

Princeps potest rem ecclesiasticam immobilem per permutationem adquirere, data re meliori vel aequali. *b. d.* Et in hoc quod dicit, vel aequali, est casus notabilis.

Ex concilio apud Silvan.

**S**i princeps voluerit rem mobilem sanctis locis prestare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate permutationem contrahere: Licet ei hoc facere, si causa rationabilis id expositat, & res quam praestiterit, major fuerit, vel aequalis: pragmatica sanctione super hoc promulgata.

CAP. II.

Permutatio rerum ecclesiasticarum facta in casu non concessio, seu non seruata solemnitate iuri, est revocanda per successorem.

Ex concilio Beluacen. *c*

**V**T commutationes rerum ecclesiasticarum, quae ab antecessore inconsultè factae sunt, ab eo qui successor est, emendentur.

CAP. III.

Mancia ecclesia non debent permutari nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitiua. *b. d.* cum c. sequenti.

Ex concilio [apud Silvan.]

**M**ancia ecclesiastica, nisi ad libertatem, non conueniunt commutari: videlicet ut mancipia, quae pro ecclesiastico homine dabantur, in ecclesiae seruitute permancant, & ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. quod enim semel Deo consecratum est, ad humanos usus transferri non decet.

CAP. IV.

Serui ecclesiae cum prophani permutari non possunt, nec alienari, nisi sint fugitiui.

Ex eodem.

**I**njustum videtur & impium, ut mancipia, quae fideles Deo, & sanctis ejus pro remedio animae suae consecraverunt, cuiusvisque muneris mancipio, vel commutationis commercio iterum in seruitutem secularium redigantur, cum canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitivos. Et idè ecclesiarum rectores summo perè caveant, ne elemosyna unius, alterius peccatum fiat. Et est absurdum, ut ab ecclesiastica dignitate seruus discedens, humana sit obnoxius seruituti.

CAP. V.

Præbenda pacto precedente permutari non possunt: Episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.

Vrbanus tertius.

**Q**uestum est ex parte tua, si commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum in Toronen. concilio fuerit interdicta: [ *i* & infra. ] Generaliter & itaque teneas, quòd commuta-

*a* Vid. insulam. & ubi Doc. ff. de verb. oblig. *b* interpellat. *c* Refertur in conc. Meld. c. 73. tanquam ex conc. apud Beluac. Dur. l. 2. de c. 177. l. vo p. 3. c. 261. & c. 7. eod. tit. in 1. comp. *d* Ca. 1. eod. tit. in 2. comp. vid. notata in c. majoribus. sup. de præb. vid. Aegid. Bellarm. et alii. de benef. permut. *e* igitur.

tionem præbendarum de jure fieri non possunt, praeterquam cum pacto praemissa, quæ circa spiritualia vel connexa spiritualibus labem cominet semper simonia.

Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam, & citè poterit de uno loco ad alium transferre personas: ut quæ uni loco minus sunt utiles, alibi valeant utilius exercere.

[ *i* Sunt enim quidam qui præbenda sua cedunt, & juri renunciant, ut majorem præbendam obtineant, vel ex hoc certam summam pecunie consequantur, quòd quidem honestati est contrarium, & simoniam præcuditio continet pravitatem. ]

CAP. VI.

Ecclesia jure proprietate possunt ad invicem permutari: & possessiones earum etiam permutari possunt, & pro minus valentibus pecuniis suppleri.

Clemens tertius.

**A**d quaestiones *a* solvendas: & infra. Intelleximus ex literis tuis, quòd dux conventuales ecclesiae sunt in tua dioecesi constitutae, quarum utraque parochialem habet ecclesiam cum possessionibus magis alteri, quam sibi vicinam. Illis autem desiderantibus permutare eas, cum illarum altera respectu meliorum proventus plus abundet, & idè sibi postulet adiaci certam summam pecuniae numeratae, ut sic ad aequalitatem permutationis valeant pervenire, utrum possit id licitè fieri, exiit debitarum: [ *i* & infra. ] Respondemus, quòd cum de dictis & parochialibus ecclesiis per se queat commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitorium, si altera ratione possessionum alteri praeponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus ad invicem, prout visum fuerit expedire: restat contra pecuniae quantitate poterit contractus permutationis inihi, sic tamen *d*, quòd illi contractus nequaquam libi invicem misceantur.

[ *i* Quam ob causam sed. Apost. consulisti. Licet itaq. tua discretio in industria ignorare minimè putemus, quid super eodem articulo sit agendum: nihilominus tua prudentia.

CAP. VII.

Beneficia sua perdans, qui ea propria permutat auctoritate.

Innocentius III. Senon. Archiepiscopus.

**V**m olim & magister S. & B. Archidiaconatus & praepositorum ad invicem commutassent: [ *i* & *j*. ] Licet praedictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam iniiciabatur canonè, proponens, quòd ipse praepositorum sine conditione qualibet resignavit, & post resignationem praedicti magistrus archidiaconatus fuerat assecutus: [ *i* & *j*. ] Cuius ergo nobis constaret, quòd ipse suum praesentem permutationi consensum; praedictus autem magister suum publicè fatetur errorem: & hunc praepositorum, & illum archidiaconatus curavimus spoliare, super hoc definitivam, contra eos sententiam proferentes.

[ *i* Magister ejusdem obtentu causam super hoc bona me. Nescio. Episcopo duximus delegandam. Cuius idem B. ad praesentem nostram postmodum accessisset, ut in negotio sui suscipere procederet, obtentu ipsius dicitur. Abbatem Cluniacensem Episcopo duximus ad iungendum: verum cum propter Abbatem ipsius non fuisset a delegato pariter ipsa in causa processum, utiq. partium se nostro conspectu praesentavit, & auctoritatem obtinuit certam nobis, &c. ]

[ *2* Licet magister ipse proponeret ex adverso, ipsam sententiam de permutatione tractasse, & complevisse eadem in manibus ven. fr. Edusen. Episcopi quod tractaverat possesse. Verum speridit B. delegati nostri non deserent, imò certum

*a* Ca. eod. tit. in 2. comp. *b* permutationes. *c* praedicti. *d* aliter, sic tamen quod contractus nequaquam sit ad invicem misceantur. *e* Ca. eod. tit. in 1. comp. *f* al. praesentem permutationi assensum. *g* delegati.

deltant sigilla violavit, & illorum scripta qua nobis fuerant praesentata, non erubuit aperire. Ceterum in nostra praesentia constitutus, ad veritatem suam praesentem, in executionem suam propriam propo-  
situr coram nobis, quod iudices perperam processissent contra ipsum, cum acta in scriptis minus fideliter redigissent. Unde timens ne literas portaret vria, scripta illorum aperuit, & quod suspicatus fuerat advenit. Sane si quid expediret, melius notavisset vel non misisset scripta suspecta, vel nobis fideliter retulisset & praesentasset, & ostendisset causam suspicionis praeposita coram nobis. Praeterea cum non quereretur de iudice quem et ex proprio motu concessimus, sed de illo potius quem ipse duxerat eligendum, & iudices suos minus literas per eum desinissent, de ipso pariter conquerentes non ipsius fidem non duximus adhibendam, sed ut in eo saltem poverit in quo peccavit contra acta iudicium, qua temere violavit, ipsum sicut non detrahimus, sic volumus exaudire, ne videretur ei datus fuis patrocinium attulisse.]

CAP. VIII.

Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram fiat, qui minus impletur, restituitur pari ad suum beneficium. & secundum hoc continet ius.

Idem Archiepiscopi & praepositi sancti Andreae Colon. a

¶ Vm b universorum : [ i & j. ] Intelleximus G. canonico referente, quod cum ipse & L. clericus de permutacione praebendarum suarum inter se tractare cepissent, quam utilitati utriusque imminere credebant, tandem idem L. praebenda eiusdem G. cuidam consanguineo suo assignavit, praebendam suam ei sicut promiserat noluit resignare: & infra. Cum igitur deceptis & non decipientibus iura lubveniant: licet ipsi per se de iure non possent ecclesiastica beneficia permutare: ut tamen simplicitati venia tribuatur: c. mandamus, quatenus, si constituerit praetaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto a praebenda sua consanguineo ipse L. vel quolibet alio illicito deceptorum, eam restitui faciat eidem.

[ i Fidelium ab ipso Domino Iesu Christo pastoralis sit nobis curae commissa, sollicitudini nostra incumbit, vel dignoscatur expedire, ut sic debeamus quolibet in suis rationibus consistere, quod aliquando foris in conspectu ecclesiae dispendium non sustineant, sed firma & illibata debeant permanere.]

CAP. IX.

Spirituale cum temporali permutari non potest.

Gregorius IX. Beton. & Fungin. Abbatibus. d

¶ Exhibita nobis Abbatis & conventus sancti Martini de Pannonia petitio continebat, quod cum super causa, qua inter ipsos ex una parte, & praepositum e Albanen. ex altera, super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C. f. capellanum nostrum, tunc in Hungaria commorantem, nostras literas impetrassent: ipse ac magister M. in quos utrinque tanquam in arbitros extitit compromissum, arbitrati fuerunt, quod si dictus praepositus obtineret decem millia solidorum g. regalium a Rege Hungariae concedi monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationum petitione cessarent: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si vobis constitit de praemissis (cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur) praedictum arbitrium, & quicquid secutum est ex eo vel ob id, irritum decernatis.

a al. Colonien. b C.2. de praeb. in 3. comp. vid. Covarr. lib. 1. var. res. l. 1. c. 1. c. Vid. l. ff. de dona. & l. tutor. ff. de sussec. tut. d De Beton. & Sirmigen. abbat. al. Beton. & Sermigen. al. de Beconen. & Sirmigen. abb. al. de Becon. & Sirmigen. e Alben. al. Albanen. f G. g. Salmum legitur in 10. Cod. manuscr. in uno solidorum. in alio solidorum.

DE FEVDIS.

TITVLVS XX.

CAP. I.

Si domus a vasallo recipit feudum in pignus, abstinendo ab eius servitio, non tenetur computare fructus in sortem. h. d. secundum intellectum communem. Et est casus singularis qui alibi non legitur.

Innocentius III. a Marien.

¶ In sinuacione b praesentium declaramus, quod gageria quam de feudo ecclesiae tuae ab M. dignoscitur c recepisse, a te potest liberè detineri, fructibus non computatis in sortem. Ita videlicet, ut quamdiu fructus illos ceperis in sortem minimè computandos, idem M. a servitio, in quo tibi & eccl. tuae pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis.

CAP. II.

¶ Ponit tres casus, in quibus non obstante iuramento de non infeudando, potest Episcopus antiquum feudum ad ecclesiam reversionem novo vasallo concedere. h. d. Et est casus notabilis, interpretans iuramentum de non alienando.

Idem Mediolanen. Archiepiscopo.

¶ Ex parte d tua nostro est Apostolatus referatum, quod saepius dubitasti, utrum cum contingit vasallum tuum decedere, & ad te feudum ipsum redire, feudum ejus alii liceat tibi dare, quamvis iuramento tenearis strictus, non infeudare de novo, Romano Pontifice inconsulto? Ad haec si vasallum tuum feudum alienare contingat, an ipse filium vel consanguineum ejusdem feudi conformem de ipso valeas investire? Alia quoque dubitatio continebat, ut cum feudum alienatum reperis, quod per te facile recuperare non potes: utrum possis alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per ecclesiam recognoscat? [ i & j. ] In primo [ ergo ] casu feudum decedentis liberè (si videris expedire) concedas. Atque in secundo filium, vel consanguineum alienantis investies. In tertio feudum alienatum poteris ei licentè e concedere, per quem ipsa f ecclesia valeat rehabere.

[ i Nos igitur super his de mente tua scrupulum volentes dubitationis auferre, per a. scribi mandamus, quatenus si quando praesentis casus emergerint.]

DE PIGNORIBVS ET ALIIS CAVTIONIBVS.

TITVLVS XXI.

CAP. I.

Res ecclesiae pignori non debent, nisi ex necessitate & rationabili causa.

Ex concilio Remen. g

¶ Nillos Presbyter praesumat calicem, vel patinam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negociatori, aut culti-  
bet laico, vel feminae in b validum dare, nisi iustissima necessitate urgente.

Sicut & Zepherinus Papa & martyr S. Hilarii in sui decretalibus docuit.

CAP. II.

Liber homo non potest pignori.

a Maurien. b C. 1. eod. tit. in 3. comp. Vid. Covarr. l. 3. var. res. c. 1. & de materia tituli plenè lul. Clarus tract. de feud. c accepisse. d C. 2. eod. tit. in 3. comp. Vid. lul. Clar. de feud. e licet. f ipsum. g Non invenio in concil. Remens. et tamen tribuunt Bur. l. 3. de cr. 104. l. 10 p. 2. c. 139. & c. 1. eod. tit. in 1. compila. h id est, obligare est enim verbum vulgare loquendi Gebren. ut hic ait Hostien. i C. 2. eod. tit. in 1. comp.





Gregorius III. Exonem Episcopo.

Lator presentium: & infra. Lex habet a, ut homo liber pro debito non teneatur, etsi res defuerint, quae possint pro debito addici.

CAP. III.

Si rector ecclesiae pro facto proprio rem ecclesiae obligavit, cogitur ejus haeres rem redimere, & ecclesiae restituere.

Alexander III. Episcopo Exonem.

Ex presentium b latoris in sinuatione accepimus, quod sacerdos ecclesiae de Offitona e calicem argenteum & medietatem unius breviarii ejusdem ecclesiae pro sua necessitate pignori obligavit, & ea, morte praeventus minime recolligit.

Vnde, quoniam indignum est, ut eidem ecclesiae res suae (praesertim quae sacris ministeriis deputatae sunt) taliter debeant deperire: mandamus, quatenus si verum est, quod adseritur, filium ejus qui ex successione ipsius patrimonii jus dicitur obtinere, moneas & compellas, ut ea recolligat, & restituar ecclesiae memoratae.

CAP. IV.

Si usurarius emit rem eo pacto, quod post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid ultra sortem, fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus sonecatorius.

Innocentius III. G. Subdiacono nostro, & P. canonico d. Pisanu.

Llo vos e credimus scientiae dono vigere: [1 & 7.] Sanè intimatis nobis, quod causam, quae vertitur inter H. & B. filios G. de f. Cosa ex una parte, & G. filium g. T. & haeres ipsius ex altera, super quibusdam h. teris praefatis personis pro s. viginti tribus libris pignori obligatis, vobis duximus committendam: [2 & 7.] Ex parte praedictae G. & haeredum ejus fuit propositum, terras quasi idem H. & B. repetebant, ab eis non esse pignori obligatas, sed pure venditas: sicut in instrumento confecto exinde continebatur. k. Praefatus vero H. pro se ac fratre suo firmiter aderebat terras non esse pure venditas, sed pignori obligatas: cum venditioni praedictae talis fuerit ad duos proximos annos praefato T. emptio displiceret, pariter H. ab inde usque ad annum viginti sex libras, (perceptis fructibus computatis in ipsis) dare deberet. Verum, quia ambigitur utrum pura sit & absoluta venditio, an praefatus contractus pignus debeat iudicari.

Respondemus, quod qualiscunque fuerit intentio contractus, & ex forma contractus, venditio non adpareat conditionalis, sed pura: quamvis per conditionem possit resolvi: ex duobus tamen, quae in pacto fuerunt expressa, videlicet quod fructus percepti deberent in solvenda pecunia numerari, & quod ultra summam receptam lx. solidi. l. deberent persolvi, contra ipsum emptorem praesumitur vehementer, praesertim cum uturas consuevit exercere.

[1] Quod super eo de quo nos consulere voluisti, quid iuri sit liquidè cognoscatur, quia tamen nostra postulasti edoceri responsione, ne sub ipsius expellatone responsioni decisis negotii proregetur, praesentibus vobis literis duximus respondendum.

[2] Dantes vobis per literas nostras m. mandatum, ut ipsam G. & haeres ipsius ad restituendum vineas, & quicquid ultra sortem perceperant ex eislib, restituerent conquerentibus, per penam in Later. concil. contra usurarios promulgatam cogere curaretis. Vos ut iuxta mandatum nostrum procederetis in negotio memorato, partes citare curastis. Cumq. in praesentia vestra essent constituta.

a C. 2. eod. tit. in 1. comp. b C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post cons. Lat. sub Alex III. p. 29. e. 1. c. Offen. al. Offic. d. Canonici Pisanus. e C. 2. eod. tit. in 3. comp. Vid. Covart. l. 3. var. ref. e. g. f. Cosa. g. Tiberis h. vineas. i. al. xciii. k. Vid. l. quid si metat in fin. De ed. l. quadraginta.

CAP. V.

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti. Idem Episcopo Aquinati.

EX literis a, F. T. accepimus, quod causam, quae vertitur inter R. & A. mulierem, tibi duximus committendam: [1 & infra.] Si quidem probatum est, quod pro facinore a marito praedictae mulieris commisso, eo fugam perente, tam frater b mariti, praefatus videlicet R. quam ipsa mulier (licet minus e iuste) a regio iustitiae capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distracta, & soluta pecunia mercatori, qui a marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus propriis spoliatus: sed quaedam possessiones illius penes eundem R. remanserant d, quas idem de mandato curiae retinuit, soluta pro eis pecunia praedicto mercatori, quia emptor alius propter possessionem e minutas non extabat: pars vero mulieris estimationem dotis infantius perebat sibi restitui, vel in possessiones, quae mariti fuerant f ex officio delegationis induci: [2 & 7.] Mandamus, quatenus si tibi confiteri ex his, quae in praesentia tua fuere proposita & probata, quod mulier dicit viro dedisse in dotem: & praedictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cum mulieribus favor moltum in recuperandis dotibus debeat, & cautum sit in iure, quod propter maleficium viri mulier remanere non debeat indotata, cum etiam bona viri mulieri pro dote tacite obligata, & g cum suo onere transierunt ad quemlibet possidentem: R. praedictum eidem mulieri ad restitutionem dotis eatenus condemnas, quatenus de bonis fratris sui praefati nolitur possidere.

[1] Cum serè per biennium studuisset, ut eadem causa cum concordia finiretur, partibus non adquescentibus, acciti viri prudentibus praedicta causa merito diligenter examinata. Idem negotium de prudentium virorum consilio ad nostram diuissi presentiam remittendum, ea maxime ratione qua videtur hoc ad regnum iudicium spectatiter pertinere.

[2] Pari autem viri e contrario respondebat, se non debere super his aliquo modo respondere, quia nihil auctoritate vel voluntate sua distractum fuerat de bonis mariti ipsius mulieris, sed sicut ea cepit fecerat, & mandauerat distrahenda. Sanè eum pari mulieris diceret de possessionibus viri sui aliqua remansisse, quae distracta non fuerant, & ex eis sibi satisfieri postularet, ab ea studius inquisisset, quanta fuisset pecunia quae soluta fuerat mercatori: & ex confessione tibi confiteri utrisq. quod quid de immobilibus usq. ad centum uncias auri alienatum extiterat, sed praedictus R. se xxxii. volentes uncias addidisse & xl. duarum unciarum auri numerum composuisse mercatori. Alligabat quoq. pra. R. quod cum quing. sibi essent unius patris, & omnes in paternis bonis succederent, facta estimatione totius hereditatis, non proveniebat ad maritum mulieris de hereditate paterna, quod ultra xxxv. auri uncias valeret. Quia vero ad nos eadem causa remissa, non fuit sufficienter instruita, nos vobis constitit utrum x. libras Tarecorum quas petebat, mulier dedisset in dotem, aut idem R. aliquid possidebat de bonis percussoribus ad fratrem suum uxorem mulieris praedictae, nec paruossum examinationi causa insisteret, tum quia in praesentia tua remanentium fuit allegatoribus & probationibus sicut dicit, tum quia idem & sufficientes non venerunt ad no. pra. responsales, eandem causam tuam duximus examini remittendam per Apoll. sed.]

CAP. VI.

Si creditor vel is qui ab eo causam habet, tot fructus percepti ex pignore quod satisfactum est sorti, debet pignus restitui detentori.

a C. 2. eod. tit. in 3. comp. b mariti praefati, &c. c. Vid. l. 1. C. ne uxar pro marito, & l. ferre. C. quibus modis pign. tac. unt. d. remanserunt. e. In multu vetusu, immittitas, quare vocem sensus non admittit. f. fuerunt. g. Dicitur & de est. Idem



Idem R. de Montis Fortino.

Cum a contra G. civem Anagninum b super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul e pro certa quantitate pecunie obligaverat, & ipsius creditoris haeredes praedicto G. pignorerant, movisses in nostra praesentia quaestionem, legitime probavisti, quod ex earum proventibus tantum fuerat tam ab eodem G. quam ab aliis, qui eas tenuerant a tempore, quo fuerant obligatae, perceptum, quod d fructus sorti poterant adaequari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione fortis accedat, cum secundum canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari: considerantes etiam, quod possessiones ipsae jam extenuassent penitus totum onus, & debitum annullassent, ipsas tibi restituendas esse decrevimus, & te per nuncium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

CAP. VII.

Si i, qui sub pacto legis commissoria pignora vit rem suam, & juravit non contravenire, iuste impeditus intra diem statutum non redierit, post diem redimere poterit.

Idem.

Significante R. cive Pisano e nobis innouit quoddam domum f suam G. Pisano civi pro 250. libris pignori obligasset, ac promississet praestito iuramento, quod nulli domum ipsam statuto termino recolligeret, creditorem ulterius super eo minime molestarer: & intra statutum tempus per certum g fidelem nuncium (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratam remisit: quam idem nuncius infideliter agens, sicut ei injunctum fuerat non persolvit: & postmodum idem R. ab Imperatore detentus, dicto G. satisfacere non potuit ut debuit: [ 1 & infra. ] Cum igitur pactum legis commissoriae h sit in pignoribus improbarum, & praedictus R. quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimplevit: cum per eum, quem certum nuncium esse sperabat, pecuniam remisisset termino statuto i, sed in captione detentus satisfacere non potuit creditori k. Mandamus, quatenus si est ita, praedictum creditorem, ut forte contentus, pensioibus pignoris computatis in eam, illam praefato R. omni dilacione postposita resignet (pacto tali vel iuramento nequaquam obstante) cens. eccles. cogatis.

[ 1. Nunc per Dei gratiam libertati pristina restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse profusus recusaret recipere, quia ei non fuerit statuto termino persoluta. ]

CAP. VIII.

Usufructuarius cavet, quod fructus rebus immobilibus salva ipsorum substantia, & pecuniam & estimationem mobilium, qua consumuntur usu, fructu fructu, restituet.

Gregorius IX.

Cum i constet l. mulierem, uxorem Ogerii m, quoad usufructum filio suo successisse in bonis, quorum proprietatem ad M. mulierem, uxorem C. dignoscitur pertinere: Mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam quod utatur & fruatur salva rebus substantia n rebus immobilibus, quae usu non consumuntur, ad arbitrium boni viri: Pecuniam vero s quam habuit o vel habebit, ac estimationem bonorum, quae consumuntur usu, & in hereditate inventa

a C. eod. tit. in 2. compellatio. b Anagnin. al. Anagnin. c Salu. d al. in quo fructus. e Cuni. eod. tit. in 4. comp. f vox suam, deest in anti. g vid. Gomez. tom. 2. var. ref. c. 7. h vid. Covarr. l. 3. var. ref. c. 2. i constituto. k vad. l. 2. & tit. C. de quibus cau. ma. & l. 2. & Bart. ff. de in jus voc. l. vid. l. 1. C. de usufructu. & Spec. tit. de pign. s. sequitur videre. m Egidii. n al. in rebus. o habuerit.

fuerint: in morte sua dicta mulieri, aut haeredibus eius restituat, per censuram ecclesiasticam compellatis.

DE FIDEIUSSORIBUS. a

TITVLVS XXII.

CAP. I.

Breue est, nec potest breuius summari.

Ex concilio Cantuariensi. b

Clericus e fideiussoribus d intersuens, abjicitur.

CAP. II.

Compellitur clericus servare fideiussorem indemnem per assignationem reddituum suorum.

Lucius tertius Eugen. Episcopo, & c. Archidaco in Norwicensi.

Peruenit f ad nos ex conquestione R. clerici, quod cum ipse pro C. & F. clericis, mercatoribus Bonon. fideiussisset: illis praescriptam pecuniam non solventibus, coactus est satisfacere de eadem. Ne igitur dispendium patiatur, unde videtur premium meruisse: Bononien. Episcopo dedimus in mandatis, ut super debitis illis instrumenta, quae sunt apud creditores inspiciat, & eorum transcripta suo sigillo signata vobis mittere non postponat. Mandamus itaque discretioni vestrae, quatenus si ex concessione praedictorum clericorum vel alias legitime vobis rem ita se habere confiterit, moneatis eosdem ut memorato R. pecuniam, quam pro eis solvit restituant, ipsamque servent indemnem: alioquin de redditibus eorum praescripta debita faciatis exolveri, & damna etiam, quae propter hoc perituli, resarciri: aut praedictos redditus sibi assignetis tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine deminutione soluta. Praefatos vero clericos, si religionem fidei & iuramenti sui eos violasse constiterit, ab officio & beneficio suspendatis.

CAP. III.

Ter districtionem canonicam compellitur debitor a fideiussore abolvere fideiussorem, qui a creditoribus molestatur.

Idem Cantuariensi g Archiepiscopo.

Constitutus h in praesentia nostra magister S. sua nobis assertione monstravit, quod pro cancellario tuo tempore Lateran. concilii in quadam summa pecuniae intercessit: quam quia usque modo debitor non persolvit, se asserit plurimas a creditoribus Bononien. molestias pertulisse, & debitum augmentatum. Ideoque mandamus, quatenus si legitime tibi de huiusmodi assertione constiterit, praefatum debitorem, ut eum a praedicta intercessione sine dilacione protus absolvat, ecclesiastica i censura compellas. Praesentium quoque auctoritate injungimus, ut si debitum vel accessiones ille negaverit, consuetudine, quae est legi contraria, non obstante, iuramentum calumniae subire cogatur. Praeterea quia difficile foret intercessori suos testes in Angliam ducere, iudicibus Bonon. (satisfactione idonea a cancellario ipso accepta, quod ad testes audiendos vadat vel mittat intra terminum competentem) literis tuis significes, ut eos vice tua recipiant & examinent diligenter & depositiones eorum transmittentes inclusas, significant, quanta fides possit instrumentis vel testibus adhiberi.

a De materia huius capituli vid. Anton. Gomez. tom. 2. varia. resol. c. 19. b Cartuarien. al. Carthagenen. c C. eod. tit. in 1. comp. d al. fideiussoribus. e al. Archiepiscopo. f C. 4. eod. tit. in 1. comp. & post. conc. Lateran. sub Alex. III. p. 23. c. 5. g al. Cartuariensi. h C. eod. tit. in 1. comp. i al. disceptima.



## CAP. IV.

*Si sine licentia praelati & majoris partis capituli religiosus fidei-  
jusserit, vel mutuum acceperit, non tenetur ecclesia, & ipse recipiens  
punitur, nisi mutuum sit versum in utilitatem ecclesia.*

Innocentius tertius in concilio ge-  
nerali. a

**Q**uod & quibusdam religiosis à sede Apost. est prohi-  
bitum, volumus & mandamus ad universos exten-  
di: ne quis videlicet religiosus absque majoris partis  
capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fideiubeat, vel  
ab aliquo pecuniam mutuam accipiat, ultra summam  
communi providentia constitutam: alioquin non te-  
neatur conventus pro his aliquatenus respondere. Nisi  
fortè in utilitatem d. domus ipsius manifestè confiterit  
redundasse. Et qui contra istud statutum venire præ-  
sumperit, graviori disciplina subdatur.

## CAP. V.

*Tonit tres casus, in quibus fidejussor contra debitorem agit ante-  
quam solvat, ut à fidejussione liberetur.*

Gregorius IX.

**E**vm. pro e quo te fidejussorem obligasti, si diu in de-  
biti solutione cessavit, aut dissipare bona sua cepit,  
seu super hoc condemnatus fuisti, iure poteris convenire  
ut te à fidejussione debeat liberare.

## DE SOLUTIONIBVS.

## TITVLVS XXIII.

## CAP. I.

*Successor in beneficio tenetur solvere debita prædecessoris pro ne-  
cessitate ecclesia contracta.*

Alexander III. Decano & capitulo  
Morien. f

**A**d hoc g. in Apostolica: & infra. Sicut filius  
debita patris solvere tenetur, ita praelatus sui  
prædecessoris, pro ecclesia necessitate contracta.

## CAP. II.

*Si praelatus obligat ecclesiam pro alienis debitis, est suspensus ipso  
facto ab administratione spiritualium & temporalium, & ecclesia  
non tenetur.*

Gregorius IX. universis ecclesiarum  
praelatis.

**S**i quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne  
quis præsumat ecclesiam sibi commissam pro alienis  
gravare debitis, aut literas alicui seu sigilla concedere,  
quibus possent ecclesia obligari: h. Decernentes si secus  
fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum eccle-  
sia non teneri. Si quis autem contra præmissa de cæte-  
ro venire præsumperit, ab administratione spiritualium  
& temporalium noverit se suspensum.

## CAP. III.

*Si clericus non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non de-  
bet excommunicari, nec aliter molestari: præstabit tamen cautio-  
nem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguorem  
fortunam.*

Idem Decano & Canonicis Tullen.

**O**doardus i. clericus proposuit, quod cum P. cleri-  
cus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram officiali  
Archidiaconi Remen. super quibusdam debitis conve-  
nissent, idem in eum recognoscens hujusmodi debi-  
ta, sed propter rerum inopiam solvere non valentem,  
excommunicationis sententiam promulgavit: & infra.

a Ca. 50. b Csm. eod. tit. in 4. comp. c Vid. l. cum acurissi-  
mi. per Bart. C. de fideicom. d Vid. Bald. in auct. hoc ius porre-  
ctum. C. de sacrosan. eccles. e Vid. Guid. Pap. dec. 117. incipit.  
fidejussor potest. f al. Norvican. g C. i. eod. tit. in 1. comp. h  
Vid. l. que dotis. ff. solut. matr. & l. Lucius. & utrobq. Bar. ff. de  
fide instru. i Odoardus habent antiqua exemplaria. Vid. late per  
Bald. in 5. fin.

Mandamus, quatenus si constiterit, quod prædictus O.  
in totum vel pro parte non possit solvere debita prædicta  
sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis,  
recepta prius ab eo a idonea cautione, ut si ad pinguio-  
rem fortunam devenierit, debita b. prædicta persolvat.

## CAP. IV.

*Conquerens se indebitè solvisse, hoc probare debet, nisi in casibus  
positis.*

Idem.

**I**s, qui conqueritur indebitam pecuniam se solvisse,  
probare tenetur, quod indebitè sit soluta. e Nisi ejus  
adversarius solutionem infanciam exinde convincatur:  
tunc enim diffinitio onus incumbit probandi, quod de-  
bitum recepisset.

## DE DONATIONIBVS.

## TITVLVS XXIV.

## CAP. I.

*Potest intelligi duobus modis: & secundum primum intellectum  
h. d. Liberals in donando existimat se debere quod donat. Vel si  
secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, aliud  
tanquam debitum adimplere tenentur.*

Gregorius d. A. Patrio Gallorum.

**P**rudentes: [ 1 & infra. ] Hanc e sibi quodam-  
modo nobilitatis legem f imponit, ut debere se,  
quod spontè tribuit g. existimet: Et nisi in benefi-  
cibus suis creverit h. nihil se præstitisse putet.

[ 1 Viroi sicut estis, Regibus adhaerere, multorum salamentis, &  
ut in registro impresso. ]

## CAP. II.

*Non valet donatio, quam facit praelatus inconsulto capitulo, & in  
dammum ecclesia.*

Alexander III. Parisien. Episcopo.

**R**atennitatem i tuam credimus non latere, quod  
cum Episcopus & quilibet praelatus ecclesiasticarum  
rerum sit procurator, & non dominus: conditionem ec-  
clesia k meliorare potest, facere vero deteriorem non l  
debet. Accepimus autem, quod prædecessor tuus graves  
donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ec-  
clesia, suis canonicis inconsultis.

Vnde quoniam donationes hujusmodi de jure non tenent,  
indulgemus m tibi, ut liceat donationes hujusmodi tam  
à clericis, quam à laicis legitime revocare.

## CAP. III.

*In considerando, an valeat donatio facta per praelatum, debet  
attendi quantitas rei donata, & loci consuetudo. h. d. innotuit. l. i.  
tera.*

Idem Vigorien. Episcopo. n

**C**æterum o, si Abbatem donationem cum priore  
& quibusdam de conventu, vel solum Abbatem fa-  
cere contigerit, & postea conventus pars reclamaverit:  
Data rei quantitas, & illius terræ consuetudo (quæ tamen  
sacris canonibus non obviet) est diligentius attendenda:  
& secundum hoc est donum ratum vel irritum judican-  
dum.

## CAP. IV.

*Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in  
proprietas sicut de auctoritate tamen Episcopi, & sine præiudicio  
praelati.*

a al. ab ipso. b præscripta. c Vid. l. cum de indelictis.  
ff. de proba. d Archepiscopo l. 12. e C. i. eod. tit. in 1. comp. l.  
f. ponit. g extimet. h nec. i Ca. 2. eod. tit. in 1.  
comp. k In C. Barb. meliorum potest. facere, & c. l. al. non  
potest. m al. indulgemus ut tibi licet. & c. n Vigor. al.  
Vigorien. o C. 3. eod. tit. in 1. comp. & c. 2. tit. de consuet. in 1.  
comp. & post. cons. Lat. p. 29. c. 3.

Idem

Idem Abbati S. Alberti.

Consultationibus a: & infra. Donationes vero vel concessionibus ecclesiarum si qua fiant privati personis, viventibus illis, qui ipsas ecclesias possident, nullius debent esse momenti. Si religiosis fiant locis ab Episcopo, vel eius auctoritate, rata debent haberi: Ita quod personae, quae jam dictas ecclesias possident, sine ipsorum assensu eis in vita sua non debeant b spoliari.

CAP. V.

Non obstante iuramento de non infeudando de novo, prelati integrare potest feudum, si appareat vasallum in mensura fuisse desuperatum.

Innocent. III. Episcopo Florent.

Pertuas e literas proponere procurasti, quod cum quidam Nobiles Florentini tempore schismatis Episcopum Florent. in domo sua tenuerunt, idem Episcopus sedata schismatis tempestate de mandato Alexand. Papae quatuor modios terra in feudum concessit eidem: & successor ipsius (prout est moris) de certo feodo praefatos nobiles investivit. Verum cum ipsi assignatam terram menlurari fecissent, non nisi duos modios invenerunt, feudum integrari, cum instantia postulant, super quo dubitas, eo quod non sunt in possessione ipsius, ne de novo videatis illud conferre: [1 & 7.] Nos igitur attendentes, quod ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere, respondemus quod feudum ipsum secure poteris integrare, cum terra illa quatuor modiorum ipsius fuerit assignata.

[1 Licet nihil saltem curaverunt exhibere, & de quatuor modis factis iurasset, antequam eorum petitioni duces ammitterent, se dixisti ap. consulendam.]

CAP. VI.

In donationibus plenissima sit interpretatio: Et ob hoc clausula mensura potest multas donationes adposita, proximam donationem tanquam respicit, h. d. & est casus singularis.

Idem R. d. de Burg. & G. Berbur. Abbatibus.

Cum dilecti e filii Abbas & Monachi de Melios propulerint coram nobis, quod Nobilis vir Alanus quasdam terras a patre ipsius, eorum ecclesia in elemosinam f assignatas, violenter redigere cupiat in feudum: [1 & infra.] Mandamus, quatenus ad sententiam pro ipso monasterio proferendam appell. postposita procedatis, cum ex tenore instrumenti vehementer g appareat, quod haec fuit mens & intentio donatoris, ut clausula de foresta, quae in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem donationem, quae tam libera & pura fuit, ut immunis esset vexatione & consuetudine seculari, sed ad inferiorem confessionem quae pensionem & determinationem habet inferam, juxta sanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena h, in testamentis plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda.

[1 Et super his male dicit molestaret, vobis dedisse recolimus in mandatu, ut ipsum A. ab ipsorum super illis terris indubitata molestatione desisteret per cen. ap. post. cogere. Verum cum super causa ipsa mandatum Apost. impleverit, diligenter procedentes in causa, paritas in presentia vestra constituit, teste recepit bis in omnibus, & super attestationibus illorum, & instrumentis, disputationibus, ac disceptationibus diu habitis in causa ipsa, usque ad sententiam calculationem processit: causam ipsam sufficenter instruatam ad nostram auctoritatem remittentes, ut autem per diligentiam nostram

a Cap. 23. tit. de iur. patr. in 1. comp. & post conc. Later. p. 11. cap. 20. b debent. c C. 2. eod. tit. in 3. comp. d al. ita, R. d. de Burg. & G. de Burg. Abbat. e C. 3. eo. tit. in 3. comp. f Elemosinas. g apparet. h Interpretatio facienda est in meliorem partem, ut res valeat, vid. l. quoties. ff. de reg. iud.

fini causa imponatur, eidem instrumentarum tenore, de possessione restitum & allegaciones etiam, prout ea recuperati, sigillorum vestrorum munimine roborata vel consignata, vobis sub sigillo nostro remittimus interclusa per Apost. sed.]

CAP. VII.

Si Episcopus in ecclesia, quam de consensu capituli pro loco concessit, percipiat certos proventus, illos donasse videtur: alioquin omnes proventus praeter cathedralicum, cedunt pro loco. Et si Episcopus concessit de consensu patroni, intelligitur patronus donasse jus patronatus.

Idem Episcopo Helensi a.

Pastoralis b officii: [1 & infra.] Tua nos duxit discretio e consulendos, si Episcopus consentiente patrono viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo, hac utatur simplicitate verborum, concedimus vobis illam ecclesiam: utrum eo ipso videatur in eorum usus fuisse concessa, vel jus tantummodo patronatus? Nos autem inquisitioni tuae duximus respondendum, quod si Episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profecto patronus, quod suum est, conferre videtur: jus videlicet patronatus d: & Episcopus quod temporaliter obtinet in eadem: ut si fructuum ecclesiae eiusdem aliquam recipiat portionem, in eorum usus illa portio convertatur. Quod si ex ipsius proventibus nullam debeat portionem habere, omnes proventus praeter cathedralicum in eorum usus credimus convertendos. Sed ut Episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus.

CAP. VIII.

Passunt hospitalarii in praedictum suum, se & domum suam alteri religiosa domo subiacere & donare. hoc dicit, secundum intellectum glossae.

Idem Florentini. & Fesulan. Episcopis.

Inter dilectos e filios hospitalarios sancti sepulchri, ac fratres hospitalis S. Aluicii, super eodem hospitali quactione suborta, cum iidem hospitalarii super possessione, quod semel & iterum ex causis tamen dissimilibus intentarunt, contrariam sententiam reportassent: deinde ad peritiorum recurrentes, proponere curarunt, quod cum G. quondam rector & fratres ac patroni eiusdem hospitalis habito communi tractatu f deliberassent, hospitale ipsum hospitalariis supponere supra dictis, commiserant in hoc tribus procuratoribus vices suas, communiter statuentes, ut quod per ipsos fieret, acceptarent: qui cum eidem taliter statuerunt, ut ad ipsum hospitale aliqui eisdem taliter statuerunt, ut ad ipsum hospitale aliqui eisdem taliter statuerunt, qui eorum nomine acciperent g assignationem ipsius, cum autem duos illos de suis fratribus transmisissent, ipsi donationem & assignationem hospitalis, tam a Magistro, quam a supra dictis procuratoribus, & aliis eiusdem domus fratribus receperunt. & infra. Procurator autem partis alterius ex adverso respondit, quod praedicta donatio debebat non immerito retractari: quoniam multis ex fratribus inconsultis a praedicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis & perjuris, de religiofa in fraudem plebani de Piscia, qui super eodem hospitali moverat quactionem, fuerat celebrata: [1 & infra.] Attendentes igitur, quod fratres & patroni sancti Aluicii pro se, imo potius contra se turpitudinem allegabant: videlicet perjurium, excommunicationem, & fraudem non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, & intelligentes donationem ab eis hospitalariis factam, puram ac simplicem extitisse: quia non

a al. Helenen. b Ca. 4. eod. tit. in 3. comp. Reliquas partes huius Dec. quare sup. de reser. pastoralis, & alius loci. c fraternitas. d Vid. l. casus, cum not. D. de pignor. e Cas. eod. tit. in 3. compil. f contractu. g recipient.



deceptoribus, sed deceptis jara subveniunt. Vnde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, hospitale praedictum cum pertinentiis suis hospitalariis sancti sepulchri ad iudicare curavimus. Ita quod per hanc sententiam dioeceseano Episcopo & plebano de Pificia nullum praedictum generetur: cum res inter alios acta non debeat aliis praedictum generare a.

[ *Et haec omnia proponat sufficienter per dispositiones testium productorum. Ad haec vero parte altera multipliciter respondente hincinde suis aliquando disputantur.* ]

## CAP. IX.

Donatio quinquagesima vel centesima, quam facit Episcopus cum gravi ecclesia sua detrimento, potest legitime revocari: nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam essente lesione ecclesiae sine auctoritate superioris.

Idem Episcopo sancti Andreae.

**A**postolicae sedis oraculo b: [ *1 & infra.* ] Inquisitione taliter respondentis, quod licet sit in canone c definitum, ut si quis Episcoporum in parochia sua monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiae, cui praesider, ipsum dotare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem, ecclesiae vero, quam monasticis regulis informare, vel pro suis propriis magnificare voluerit sepulchris, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiae cui praesit, debeat elargiri: quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, ut haec d temperamenti aequitas observetur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna gravia non infligat: ea quidem cautela servata, ut unam tantummodo quae placuerit ex his duabus, remunerationem assumat. Hoc semper est observandum, quod unus Episcopus vel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi ecclesiae suae detrimento conferre, sive simul & semel id facere velit, sive pluries successive eidem e vel diversis ecclesiis conferendo. Vnde cum grave detrimentum sive de possessionibus sive de proventibus ad Episcopalem mensam vel cathedralium ecclesiam pertinentibus, in quantalibet portione constituit esse collatum, poterit legitime revocari, nisi praescriptione vel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludatur. Nam etsi prima facie praesumatur, quod collatio quinquagesimae vel centesimae partis grave non inferat detrimentum, quia tamen non solum si saepe, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valde damnosum: quod quidem magis potest ostensione facti, quam expressione alicujus statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successive debet cum gravi ecclesiae damno conferri. Si vero in tantum abundet Episcopus, ut sine damno ecclesiae suae possit amplius etiam, quam per quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiae subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere a canone praescriptam, per quam incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [ *Pontificis f* ] potest etiam in majori summa inopia alterius provideri.

[ *Cum plerumque contingat quod Episcopi successive loci religiosi de reditibus qui pertinent ad eosdem ultra quinquagesimam conferant portiones, ita quod interdum usque ad tertiam partem vel quartam, interdum vero plus minime huiusmodi redi-*

a Vid. l. transactioem c. de part. & l. si pettor. ff. de iud. & l. si unus. §. pacta. ff. de par. b Cap. 6. eod. tit. in 3. compilat. c Hunc canonem habet in concil. Toler. cap. 3. refert Grat. 12. q. 2. c. 73. in cap. bona rei. Eius canonis verba hic inserit Innoc. usq. ad vers. Hoc semper. d ut per hoc temperam. e eisdem. f Vox Pontificis, deest in vetustissimis Codicibus.

tus manuantur: tua frat. nos consilium verum successoribus erudimur ea quae taliter fuerunt ultra quinquagesimam portionem concessa, licet aliquatenus revocare. Nos igitur. ]

## CAP. X.

Donatio potest per donationem non per heredem eius, quia tunc, ob ingratitudinem donatarii revocari, ut casibus hic expressis.

## Gregorius XI.

**P**ropter eius ingratitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare a. Si forte in ipsum impias manus iniecerit b, aut sibi atroces iniurias, seu grave rerum suarum damnum, vel vita periculum inferre praesumpserit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores.

## DE SPECULO CLERICORUM.

## TITULVS XXV.

## CAP. I.

Quisquam a rectore ecclesiae temporis promotioni nihil habens, praesumitur de bonae ecclesiae quosum.

Ex concilio Arelatensi c.

**I**nvestigandum d est, si nihil patrimonii habens Presbyter, quando promotus e est ad ecclesiasticum ordinem f, postea emerit praedia, cuius juris sint: quoniam ecclesiae, ad quam nihil habens promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem.

## CAP. II.

De emptis per praelatum de bonis ecclesiae, debet instrumentum confici nomine ecclesiae, alius debet praelatus ab administratione removers.

Ex eodem.

**P**resbyter g cum dioecesi tenet: de his h, quae superemerit, ad ipsius ecclesiae nomen scripturam faciat: aut ab eius ordinatione discedat.

## CAP. III.

Quaestio per Episcopum post consecrationem suam, ecclesiae relictae quenda sunt.

Ex epistola Pii Papae i.

**V**t unusquisq; k Presbyter res, quas post dies consecrationis adquisierit, propriae ecclesiae relinquat.

## CAP. IV.

Empta per praelatum ex emolumentis ecclesiae, efficitur ecclesiae, licet praelatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Rhemensi l.

**I**nquirendum est, si quis m Presbyterorum de redditibus ecclesiae, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparavit n: quia sic nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis o debet, quoniam hoc sacrilegium p est, & parcerimini Iuda furis, qui sacras oblationes asportabat & furabatur.

a Vid. l. 1. & 2. c. de lib. & eorum liber. b Ingerit. c In concilio ead. nondum inven. Burchard. lib. 3. Decr. cap. 111. & Ivo part. 3. ca. 49. d Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. e proventus. f alit. si postea. g Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat. h de his. i Videtur sumptum ex concilio Carthagen. 3. cap. 44. Refert Burchard. lib. 3. decr. cap. 121. Ivo part. 3. cap. 98. Grat. 12. quast. 3. c. 1. k Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. l In concilio impius nondum inven. m si aliquis Presbyter. n comparaverit. o ecclesia. p sacrilegium.

## CAP.

## CAP. V.

Melioratione facta per prelatum in rebus ecclesie, sicut sita in vita, etiam si dimittat beneficium: sed de his testari non potest. h. d. secundum intellectum facti notabilem.

Ex concilio Toletano 2.

Si quis sanè clericorum agella vel vineolas in terra ecclesie sibi fecisse probabitur sustentande vite causa, usque ad diem obitus sui possideat: verum post suum decessum ecclesie restituar, nec testamentario aut successorio iure cuiquam hæredum probæredimve relinquat, nisi fortan cui Episcopus profervitiis ac præstatione ecclesie largiri voluerit.

DE TESTAMENTIS ET  
ultimis voluntati-  
bus.

## TITVLVS XXVI.

## CAP. I.

Episcopi de rebus patrimonio aliter testari potest, de rebus vero ecclesie seu intuitu ecclesie quas testari non valet.

Gregorius IX. Antonio Subdiacono.

Quorundam ad nos relatione pervenit, quod Arelanæ civitatis Episcopus condito Testamento in octo uncis substantiæ suæ naturam hæredem induit, ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur igitur, ut solite hoc discutias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum quod cum antea Episcopatus ordinem proprium habuisse confiterit. Quicquid vero ecclesie ante ipsius consecrationem fuisse cognoveris, vel in Episcopatus ordine prædictum Episcopum adquisivisse, in eisdem ecclesie dominio conservetur.

## CAP. II.

Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum Monachalem.

Idem.

Via ingredientibus: & infra. Gabina f. Abbatissa qua conquesta est, s. quondam Abbatissam monasterii sui, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata reliquit, dicens eam usque in diem obitus sui non induisse habitum Monachalem, sed in vestibus, quibus utuntur loci illius Presbyteri permansisse, sicut & illa quæ ante ipsam fuerat Abbatissa. & hoc penè ex consuetudine licuisse: & infra. Necessarium ergo visum est, postquam Abbatissa ordinata est, & in monasterio per annos plurimos usque ad obitum præfuit, vestis qualitatem ad culpam forte Episcopi pertinere, qui eam sic esse permisit, non tamen potuisse præiudicium monasterio irrogare, sed res ipsius eidem loco ex quo illi ingressa & Abbatissa constituta est, de jure competere.

## CAP. III.

Si intra annum à die nominationis non sit executio Testamenti per debitum exequi, devolvitur executio ad Episcopum.

Idem h.

Nos quidem: & infra. Pervenit ad nos S. de hac luce migrante supreme voluntatis elogio i monasterium præcipue fundari: cuius desiderium à T. religiosa femina eius hæredem protrahitur. Quamobrem

a Concil. Toletan. 2. b Cap. 2. & cap. 7. eod. tit. in 1. compil. c Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. d Beat. Thom. 2. 2. q. 125. art. 6. & 7. & ibidem Cajetanum: & conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 1. e adquisisse in antiq. f Gabina ab. quæst. g ipsius. h Scriptura Gregor. Iammar. Episcopo Caralitano l. 3. epist. 10. regist. & c. 12. eod. tit. in 1. comp. i eulogio.

te hortamur, ut eam commoneas, quatenus intra annum monasterium, quod iustum est, debeat ordinare, & cuncta secundum voluntatem defuncti sine alteratione construere. Quod si intra prædictum tempus sive in loco, quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit: tunc per te edificetur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualibet adsignentur. Si enim secundum piissimas leges dilatas defunctorum piæ voluntates Episcopali decens est studio adimpleri.

## CAP. IV.

Debetur legatum quamvis vudu verbis à testatore sit relictum.

Idem a Petro Subdiacono.

Indicante: & infra. Cognovimus R. referente quod moriens uxor redempti b concham argenteam nudis verbis iussit venundari, & suis dare libertis, & scutellam argenteam cuidam monasterio reliquisse c. In quibus voluntatem ejus per omnia volumus adimpleri.

## CAP. V.

Non debetur legatum, cum testator rem non suam, sed ecclesie legavit. h. d. simpliciter inherendo litera.

Idem T. Episcopo.

Filius noster F. conquestus est, quod quondam P. pater suus aliqua ecclesie vestra sepulturae suæ gratia juris alieni reliquit. Et quidem leges seculi hoc habent, ut hæres ad solvendum cogatur, si auctor ejus rem legaverit alienam: sed quia lege Dei, non autem lege huius seculi vivimus, valde mihi videtur injustum, ut res tibi legatæ, quæ cuiusdam ecclesie esse perhibentur, à te teneantur, qui aliena restituere debuisti.

## CAP. VI.

Hæres non adimplens iusta testatoris, ab Episcopo interdicatur res à testatore relicta. h. d. inherendo litera.

Ex Concilio Maguntino.

Si hæres iusta testatoris non adimpleverint. Ab Episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, canonicè interdicatur cum fructibus & cæteris emolumentis: Vt vota defuncti adimpleantur d.

## CAP. VII.

De bonis per ecclesiam acquisitis, clerici testari non possunt.

Ex concilio Lateran. 2.

Cum in officiis charitatis primo loco illis teneatur obnoxii, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse, e contra quidam clerici cum ab ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona per eas adquirentia, in alios transferre præsumunt. Hoc igitur, quia antiquis canonibus constat inhibendum, nos indemnitati ecclesiarum providere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere.

## CAP. VIII.

Moderatam elemosinam de bonis per ecclesiam acquisitis clericis facere possunt, etiam in ægritudine constituti.

Alexander III.

Ad hæc g præsentibus innotescat, quod clerici de mobilibus quæ per ecclesiam sunt adepti, de jure testari non possunt. Videntes tamen & sui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipsis non ratione Testamenti, sed elemosinæ intuitu erogare in ægritudine constituti.

## CAP. IX.

De bonis propriis, vel acquisitis intuitu persona clericis testari possunt, de acquisitis intuitu ecclesia non.

a Gregor. in regist. libr. 12. epistol. 30. & cap. 13. eod. tit. in 1. compilar. b Recepti, puto esse proprium viri nomen. c aliter, reliquisset, sed reliquisset in nostro antiq. d impleantur. e Sub Alexand. III. cap. 11. & cap. 4. eod. tit. in 1. compilar. f alii. g Post concil. Lateran. sub. Alexand. III. pari. 29. c. 3. & cap. 5. eod. tit. in 1. compilar.

Idem *Vigilensi* a *Episcopo*.

**Q**uia b nos: [ 1 & infra. ] Consultationi tuæ taliter respondemus, quod licet clerici de his, quæ paternæ successionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum non habito respectu ad ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, libere disponere valeant. De his tamen, quæ consideratione ecclesiæ per ceperunt, nullum de jure possunt facere Testamentum.

[ 1 Duxit tua f. consulendos, utrum clerici seculares de mobilibus rebus possint condere Testamenta. ]

## CAP. X.

Valeat Testamentum quod paracianus facit coram Presbytero parociani & duobus testibus: nec valeat contraria consuetudo. h. d. in habendo verbis litera.

Idem *Hofliensi* Episcopo.

**C**um esses in nostra presentia constitutus, proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinem obtinere, quod Testamenta, quæ sunt in ultima voluntate penitus rescindantur, nisi cum subscriptione septem vel quinque testium fiant, secundum quod leges humanæ decernunt. Quia verò à divina lege & sanctorum Patrum institutis, & generali ecclesiæ consuetudine id nofcitur esse alienum, cum scriptum sit, quod in ore duorum vel trium testium steter omne verbum: præscriptam consuetudinem improbamus: & Testamenta, quæ parociani coram Presbytero suo, & tribus vel duobus aliis personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere: sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis hujusmodi audeat rescindere Testamentum.

## CAP. XI.

Valeat ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus, & sit casus singularis.

Idem *judicibus Velletri*.

**R**elatum est d, quod cum ad vestrum examen super relictis ecclesiæ causa deducti, vos nisi septem, vel quinque idonei testes intervenerint, inde postpositis judicare: [ 1 & infra. ] Mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis: Quoniam scriptum est, in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

[ 1 Unde quia hujusmodi causa de iudicio ecclesiæ, non secundum leges, sed secundum canones debet tractari, & in ipso divina scriptura testante duo aut tres idonei testes sufficiunt. ]

## CAP. XII.

De propriis potest restari clericis: in adquisiti per ecclesiam etiam si sint mobilia, succedit ecclesiæ vel successor: potest tamen aliqua servitoribus vel pauperibus elargiri: si autem defunctus habet plures ecclesias vel beneficia, fiet æque divisio inter illa.

Idem *electo capitulo Cassanen.*

**R**elatum est e auribus nostris, quod quia statuimus in Lateranensi concilio f, ut bona per ecclesiam, adquisita, ad eam in clericorum obitu devolvantur: dubitatis an hoc sit de immobilibus tantum, vel de mobilibus sentiendum: [ 1 & 7. ] Respondemus, quod generaliter bona quælibet per ecclesiam adquisita, eis debent juxta Lateranense concilium post acquirentis obitum remanere: Nomine autem ecclesiæ non Episcopus vel successor clerici morientis, ubi est collegium

a *Vigilensi* habens antiq. b *Post Conc. Later. sub Alex. III. p. 29. c. 5. & c. 6. eod. tit. in 1. comp. c Velletri. d Ca. 10. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 30. ca. 8. e Ca. 2. eod. tit. in 2. compil. Vid. præ aliis Hofliensem & Covarr. f *Cap. 15. g Vid. Arrivum Pinellum in Rub. C. de bonis mat. in 2. parte. h Codex Barbati ita: et debeant, &c. convenit antiqua compilat.**

clericorum, sed communis congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam distributionem & curam habere. Vbi autem in loco defuncti tantum est unus ordinandus, is ea bona (sicut & alia ipsius ecclesiæ) in Dei a timore dispenfet. Licet autem mobilia per ecclesiam adquisita, de jure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint: consuetudinis tamen non est improbanda, ut de his pauperibus & religiosis locis, & illis, qui viventi servierant, sive sint consanguinei, sive alii, aliqua juxta servitii meritum conferantur. Ceterum, quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina proveniunt, distribuuntur pro arbitrio decedentis. Quia vero nonnulli in diversis ecclesiis beneficia possident, dividantur, quæ habuerant, per æstimationem congruam inter ipsos b.

[ 1 *Responsio, mstro quaris edoceri, si præscripta bona in usu Episcopi vel eorum qui decedenti successerunt, de jure transferri, vel communem utilitati ecclesiæ debeant applicari. Primò itaq. tractat.* ]

## CAP. XIII.

Tenet Testamentum si qui extremam voluntatem suam alieni dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas. h. d. secundum intellectum notabiliores.

Innocentius III. *Alitissidorens.*

Episcopo.

**C**um tibi de benignitate e: & infra. In secunda questione dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem d. committit, non videtur decedere intestatus.

## CAP. XIV.

De relictis ecclesiæ perit Episcopus partem suam, licet aliquid fuerit sibi a testatore relictum: nisi eo modo & non in fraudem fuerit relictum a testatore, quod maneret ex parte contentu, & legitimum agnoverit.

Idem *Cl. sancti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali.*

**O**ffici e: & infra. Secundo quævisisti, cum quis in Testamento relinquat Episcopo propriam portionem, & alia multa monasteriis vel ecclesiis, utrum Episcopus ex illis legitimam possit petere portionem: [ 1 & infra. ] Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si portionem illam cum conditione legavit Episcopo, ut esset illa sola contentus, & Episcopus acceptavit, quod per hoc alii renunciaffe videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quod si eam ipsi absolute relictam portionem sibi debitam poterit nihilominus de cætera vindicare: Si verò constituerit, quod in fraudem mortuum constituit mortuarium, ut in cæteris Episcopus portionem debita fraudaretur (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debet f) Episcopus portionem ex illa poterit exigere à canone constitutum, salvis indulgentiis Romani g Pontificis, quæ quibusdam regulariis sunt concessa.

[ 1 *Adjiciens autem, cum quis in Testamento, in fraudem mortuorum constituerit mortuarium, & alia dimisit pro anima sua pœna, nihilominus possit Episcopus exigere portionem de illis, & canonice constitutam. Nos autem super hu.* ]

## CAP. XV.

Relictum Episcopo contemplatione persone non dividitur cum ecclesiæ cathedrali: secus si contemplatione ecclesiæ, sive nihil relinquatur ecclesiæ, sive aliquid, sive conjunctim, sive separatim, & autem soli ecclesiæ est factum relictum, Episcopus habebit portionem canonicam. Presumitur autem relictum contemplatione ecclesiæ factum, quando fit ab extraneo habente administrationem: secus si

a *Cum Dei, &c. b Ipsa. c Ca. 1. eod. tit. in 3. compilat. d Dispositione. e Ca. 2. eod. tit. in 3. compil. f Vid. l. heredes meus. ff. de cond. & demon. & l. in fraud. ff. de jur. ssc. g Rom. Pontificum.*

fat

hac ab administratione non habente. Cum ecclesia vero inferioribus Episcopus non dividit sibi relictum, quia non est sibi tanta communis cum ecclesia inferioribus, sicut cathedrali.

Idem.

Requisiti a de his, quae testator pro anima sua legat in ultima voluntate, qualiter sint inter Episcopum & ecclesiam dividenda. Et quidem regulariter verum est, quod Episcopus debet de his secundum diversas consuetudines tertium vel quartam portionem habere. Sed considerandum est diligenter, utrum testator legat hoc modo: Relinquo istud b Episcopo, an relinquo istud ecclesiae, vel relinquo istud Episcopo & ecclesiae: an relinquo istud Episcopo, & illud ecclesiae. In primo casu distinguendum est, utrum relinquitur Episcopo ab extraneo aut propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum est, quod praesumitur esse relictum in iuribus ecclesiae, non personae: unde cathedralis ecclesia de illo potest canonicam petere portionem: quemadmodum Episcopo competit sua portio, si aliquid ecclesiae relinquitur: & hoc verum est, nisi testator exprimat quod velit illud tantum esse Episcopo, non ecclesiae: in quo casu servanda est dispositio testatoris: secus autem si exprimat quod velit esse illud tantum ecclesiae, non Episcopi: quia privata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare. Nec est contrarium quod in canone c legitur, videlicet quod Pontifices quibus ab extraneis aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratum dimititur aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animae suae, non pro commodo sacerdotis probatur offerre) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae, inter facultates ecclesiae computabunt: quoniam hoc est verum, cum testator ita sequestratum legat illud Episcopo, quod non exprimit utrum velit ad Episcopum tantum, non ad ecclesiam pertinere. Si vero relinquitur illud Episcopo a propinquo, praesumitur esse relictum, non intuitu ecclesiae, sed personae: nisi forte contrarium probaretur. & de isto nihil potest ecclesia petere in vita eius. Quod si relinquitur Episcopo & ecclesiae, de illo inter ipsos canonica est divisio facienda. Si vero istud Episcopo, & illud ecclesiae, relinquitur, sive aequalia sive inaequalia sunt relictum, reducenda sunt ad divisionem canonicam inter Episcopum & ecclesiam cathedrali: nisi ambo velint esse testatoris dispositioni contenti, quam propter ultimam voluntatem satis decessit observare, ubi neque fraus intervenit, neque dolus, ne quisquam nimium defraudetur debita portione. Secus autem est, si aliquid legetur Episcopo, & aliqua capellis vel monasteriis, aut aliis piis locis, nam in hoc casu quod legatur Episcopo, ejus est praecipuum cum ecclesia cathedrali, quemadmodum si cuiuslibet alii legatur: & de illis g, quae aliis legantur, portionem canonicam nihilominus obtinebit: quoniam non est tanta communio inter Episcopum, & inter capellas & monasteria, seu alia pia loca, quanta est inter Episcopum & ecclesiam cathedrali, cui est spirituali conjugio copulatus: unde quae acquirit Episcopus, non illis, sed isti tantum acquirit. Illud autem est generaliter observandum circa eum, qui potest proprium possidere, praesertim vel administrationem ecclesiae non habentem, quod si aliquid relinquitur specialiter, non solum a propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur esse relictum, non intuitu ec-

clesiae, sed personae, nisi prohibitio in contrarium appareat: & idcirco de illo nec Episcopus, nec ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vindicare: & hoc intelligitur esse verum, cum fraus minimè procuratur: quae si detecta fuerit, patrocinari non debet.

CAP. XVI.

In bonis patris, matris, & aviae, habet qui debetam jure natura, in qua gravari nequit: & filius rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahatur debitum jure natura, & Trebellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti.

Idem Episcopo Tuscano a.

Raynutius b de Clera duas habens filias, Alterocham videlicet & Adjectam, matrem insuper Cleram, & uxorem nomine Adelsiam, in extremis positus condidit Testamentum, Alterocha filiae puberi ultra dotem, quam ei dederat, domum & quandam hortum in eodem Testamento relinquens. Adjecta vero impuberi reliquit cetera bona sua, adjiciens ut Alterocha & soboles quam gestabat in utero, eidem impuberi succederent, si absque liberis moreretur. Mortuo itaque testatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidem relictis a patre, jure Lombardo cuidam P. nomine tradiderunt: quae filium ex eo suscipiens tandem sine liberis est defuncta: cujus bona idem P. maritus ejus superstes aliquanto tempore possedit in pace: qui cum alia muliere matrimonium contrahens, & filios suscipiens ex eadem, diem clausit extremum. Postmodum inter Alterocham & filium ejus ex una parte, & filios ejusdem P. & Raynerium tutorem eorum ex altera, super bonis praedictis ejusdem Adjectae suscitata materia quaestionis, coeperunt coram G. iudice Tuscanenadinvicem litigare: coram quo Alterocha & filius ejus bona d quondam Raynutii tanquam ex causa fideicommissi vel substitutionis sibi debita perierunt, tutores filiorum praedicti P. ex adverso dicente, quod obstabat illis annalis praescriptio, utscapio pro dote, ac longi temporis silentium diuturnum. Insuper allegabant, quod de bonis illis tam tertia Clerae matris testatoris & tertia Adelsiae uxoris ejusdem, quam & quarta per Trebellianum nomine ipsius Adjectae erant ante omnia deducenda. Dicitur vero iudex, supradictum Raynerium tutorem nomine pupillorum in restitutione bonorum Raynutii condemnavit, & tertia Clerae primò deducta, quam Adjecta ac viro suo donaverat: de qua in substitutione, quam fecit Raynutius, non videtur aliquatenus cogitasse: deducta quoque tertia Adelsiae, quam ipsa P. venderat supradicto: praecipit etiam idem iudex de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant e secundum Tuscanam consuetudinem civitatis. Deduci praeterea quartam per Trebellianum idem iudex injunxit, cum etiam quilibet extraneus restitutione gravatus eam deducere potuisset, sed utraque pars ab illa sententia provocavit: [ i & infra ]. Cum autem coram G. Diacono Cardin. auditore a nobis concessio fuisset diutius litigatum, ipse de mandato nostro sententiam supradicti iudicis, videlicet b in eo, quod dixit tertiam Clerae & tertiam Adelsiae integraliter deducendas, pronuntiavit injustam, & ab ea legitime provocatum definiens, sic illas tertias deducendas, ut legitima portio jure naturae debita Alterocha illi salva sit in utraque: ad cujus restitutionem dictum Raynerium condemnavit. In eo vero, quod quartam per Trebellianum idem iudex censuit retinendam,

a Cap. 3. cod. tit. in 3. compil. b In codic. Barb. relinquo istud Episcopo, aut rel. ist. ecclesiae: aut relinquo istud ecclesiae & Episcopo, aut rel. istud eccles. & illud Episcopo. c Canon, cujus hic meminit Papa, est in Concil. Agathensi, cap. 6. d eor. e voluerint. f sui. dispositio. g In uno vetusto ita: & de his qua illi legantur portionem, &c. In alio ita: & de his qua alii legantur Episcopo portionem, &c.

a Tuscanen. al. Tuscan. al. Tuscul. b Ramut. al. Ramutus. vid. c. 13. tit. De sent. & rejud. in 3. comp. c Cetera habent vetusta: in recentioribus, certa, sed mendosa. d al. ita: dicta bona quondam Raynutii. e potest. f Tuscan. al. Tusculana. g C. h dictio videlicet, deest in pluribus antiq.





sententiam confirmavit eisdem: ita videlicet, quod fructus de bonis ipsius à tempore liti contestatae percepti à prædicto P. & filio ejus, post mortem Adjectæ computentur in ea: qui si fuisset ad quartam & fructus ejus, eo nomine alia deductio nulla fiat: alioquin juxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia verò Pater Adjectæ ipsam in legitima b non potuit adgravare, legitimam ipsam videlicet ejus partem, quæ sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam tertiam retinendam, ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus secundum Tuscanæ c consuetudinem civitatis fieri consuevit. In eo autem quod prænomatus iudex condemnavit Raynerium nomine pupillorum ad restituendum Alterocha ac ejus filio faciendam, ipsius sententiam confirmavit. Nos igitur ejusdem Cardinalis sententiam ratam habentes, ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

[ Cum autem propter hoc partes ad nostram presentiam accessissent, dilecti filii G. S. Maria in porticu Diacon. Cardin. concessimus audientem. ]

## CAP. XVII.

Episcopus compellit fideicommissarius, seu executores Testamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixisset.

Gregorius IX. Nomen. Episcopo d.

Quia nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli tam religiosi, quam clerici seculares & laici, pecuniam & alia bona, quæ per manus eorum ex Testamentis decedentium debent in usus pios expendi, non dubitant aliis usibus applicare. Cum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam à testatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus executores Testamentorum hujusmodi, ut bona ipsa fideliter & plenarie in usus prædictos expendant, monitione prævia compellas.

## CAP. XVIII.

Filius rogatus restituere hereditatem, detrahit tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, hæredes instituire, & panam imponere.

Idem.

Raynaldus & Peponis filius, hæres ab ipso institutus, hoc modo, ut patris sui hereditatem restitueret, si abque filiis masculis moreretur: cum eis (mortuo Pepono) super quibusdam bonis hereditatis ejusdem in tres arbitros compromisit: quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromissi poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium res prædictas, nisi in eorum filios masculos ex ipsius legitime descendentes: & quod contra hoc fieret, non valeret. Porro dictus R. prolem non habens condidit Testamentum, in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis, quibusdam avunculis suis, aliam verò medietatem & reliqua bona paterna uni ex patris suis & ejus filiis legavit: adjiciens ut bona, in quibus ex Testamento vel ab intestato dicti hæredes R. possent succedere, si venissent contra legatum dictis avunculis suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus devenirent. Demum eodem R. natura debitum persolvente, ac uno ex patris hereditatem adveniente prædictam, cum dicti avunculi adversus eundem patrum ac filios ejus coram iudice, f. communitatis Vrbenaten. g. moverunt questionem, petendo pro rata, quæ ipsos con-

a Sufficiens. b legitimam. c Tuscanen. d Nomeniens. al. Novien. al. Novimons. e Vid. Ferdm. Valsg. l. a. de successi. creat. per Terrellum & Marian. Secum in Rub. D. deleg. 1. f. Compromissum in antiq. g. Vrbenatenen. al. Vrbenontan. al. Vrbenetun. al. Vrbenetarino.

ringit, legatum prædictum, & restituit eis si contra ipsum illi venissent, quæcunque occasione Testamenti ejusdem R. ad ipsos pervenerant, vel poterant pervenisse. Præfatus iudex ab illorum impetitione super legatos ipsos absolvens, ad restitutionem aliorum bonorum, sententialiter condemnavit eisdem. A cuius sententia cum ambæ partes nostram audientiam appellassent, petente utraq; parte dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, & quatenus pro se faciebat, executioni mandari a. Dilectus F. noster O. sancti Nicolai in carcere Tullianen. Diacon. Cardin. lite coram se legitime contestata, quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui tertiam partem debitam jure natura, in qua gravari nequivit, nec non quartam Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitutione gravatus deducere potuisset b, propter quod in rebus prædictis avunculis legatis portiones eisdem habuit R. præfatus, easque potuit in ultima voluntate legare, ac per hoc legatum tenuit usque c ad tertiam & quartam præfatas: licet ipsas non expresserit, in legato, pronuncians (non obstante præmisso arbitrio, quod nec d legatum teneret, non poterat impedire) iudicem ipsum in eo, quod super hoc dictum patrum in totum absolvit, qui confessus est se pro medietate possidet prædicta, perperam iudicasse, condemnavitque ipsam ad restitutionem medietatis tertie & quartæ partis ipsius legati pro rata, quæ dictis avunculis de ipso contingit, & in residuo præfati iudicis sententiam confirmavit. Ceterum in eo e, quod idem iudex dictam patrum, & ejus filios totaliter in aliis, quæ in secundo articulo petita fuerant, condemnarat, male ipsam pronunciansse decrevit, quia filii ejus contra voluntatem testatoris non inveniuntur aliquid commississe, cum nihil de petitis repetiti fuerint possidere. Verum importione, quam patrum habebat in bonis illis ratione quartæ & tertie prædictorum f, quas R. habuit in bonis eisdem g, in quibus ejus inditutum & legatio ac adjectio penes tenebat pro rata eisdem avunculis contingente, de prædicto legato confirmavit sententiam iudicis prædicti. Eodem patrum & ejus filios in residuo absoluti, & salvo nihilominus ei ex jure institutionis beneficio legis Falcidie h. In restitutione præfati legati, si intra tempus legitimum voluntati præteritæ testatoris, cum inventarium i fecerit, & contra voluntatem testatoris lex Falcidia inducatur. Nos itaque ipsius Cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus.

## CAP. XIX.

Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, excoquitur.

Idem.

Ioannes clericus, & P. laicus, executores ultimæ voluntatis O. clerici S. Crucis, qui venerabilibus & piis locis de bonis suis in ultima voluntate legavit, mandata in super satisfieri creditoribus per eisdem: post mandatum susceptum per diocesanos k cogi debent testatoris explere l ultimam voluntatem.

## CAP. XX.

Donit quadam legata, in quibus non solvitur canonica portio, nisi fiat in fraudem.

De his, quæ in ornamentis, vel pro eis m, seu fabrica, luminariis n, anniversario, septimo, vige-

a Vid. Letiam. ubi datur ratio hujus dicti. ff. de min. b Vid. l. in ratione. h. quod vulgo, per Barrol. ff. ad l. Falcid. & aucton. de her. & sal. in prin. c al. quartam partem. d quæ nec. e hoc. f prædictarum. g ejusdem. h Vid. Lex salto. h. ff. de vulg. & pupil. i h. vulgatu male, cum g. inventarium, &c. k alii. diocesanos Episcopo, &c. l adimplere. m al. certis, in vulgati. n seu annis versario. simo.

limo, tricesimo a die, siue aliis, ad perpetuum cultum  
divinum legantur ecclesiis vel reliquis piis locis, cano-  
nica portio. (Dummodo in fraudem, non fiat ut ea  
Episcopus seu parœcialis ecclesia debeat defraudari) de-  
duci non debet.

DE SUCCESSIÖNIBVS AB  
intestato.

TITVLVS XXVII.

CAP. I.

Curios bona propria dare potest, cui vult: sed si decedat intesta-  
tus, & non habet consanguineos succedat ecclesia. h. d. iuncto g. f.

Ex Concilio apud Alitensem. habito b.

Ed hoc e ibidem inventum est de Episcopis, Pres-  
byteris, & clericis: ut si per hereditatem, vel a-  
lio modo intuitu personæ aliquid adquisierint, do-  
nare eis liceat cui voluerint domi vivunt. Si autem ante  
obitum, quam hoc fecerint, altari cui ferviunt, omnia  
perpetuo sanctificentur, & in jus ejus tradantur.

CAP. II.

Si simi servus, Presbyter factus intestatus decedat, ejus bona di-  
vidantur secundum formam hic contentam. h. d. secundum intello-  
ctum singularem, qui hodie etiam tenet.

Ex concilio Tribur. f.

Sanctio & concilio adlatum est, quod quidam laici im-  
probè agant contra Presbyteros suos, ita ut de mori-  
entium Presbyterorum substantia partes sibi vindicent,  
sicut de propriis servis. Interdicimus itaque; ne hoc ulte-  
rius fiat, sed licet liberi facti sunt ad suscipiendum gra-  
dum, & agendum officium divinum, ita nil ab eis præter  
divinum officium exigatur. Peculium verò ipsorum di-  
vidatur in quatuor partes, quarum una Episcopo, altera h  
ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus adsigne-  
tur: & si non sint idonei parentes, Episcopus eam re-  
cipiat, & in usum ecclesiæ diligenter distribuat. Et si quis  
contra hoc præsumpserit, anathematizetur.

CAP. III.

Attigendo duas notabiles & singulares intellectus hujus capituli,  
formatur secundum quemlibet intellectum. Et primò sic: Va-  
let testamentum ad pias causas conditum per verba enunciativa,  
etiam propter aliud prolata, quamquam successio seu restitutio veniat  
ad exclusionem alterius ecclesiæ. Vel aliter secundum alium intel-  
lectum, & sic: Per unum testem de veritate, & per confessionem  
etiam incidenter factam probatur oblatio, etiam quo ad effectum  
consequens bona oblata.

Innocentius III. k. Marmen. Episcopo.

Um dilectus t filius Abbas de Bruia, pro causa,  
quam adversus Episcopum Avenen. habebat, diu-  
tius expectasset: Abbas proposuit ante dictus, quod Ar-  
chepiscopus de Alerio, ad participationem orationum  
monasterii de Bruia, obtulit se & sua: [ 1 & infra. ]  
Sufficiens intelleximus esse probatum, quod dictus Ar-  
chepiscopus agens in extremis velut ultimam expri-  
mimus voluntatem, adseruit se & sua monasterio con-  
tulisse. Unde cum requisitus esset, ut conderet Testa-  
mentum, respondit se non posse testari, quia se &  
sua contulerat monasterio supradicto: & licet unus tes-  
tis solus dixerit se vidisse, quando se & sua obtulit mo-  
nasterio: quia tamen alii testes dixerunt se audivisse  
ipsum in Abbatis presentia, quod n prædictum est, con-

a Hæc alio die, nusquam apparet. b Alitens. c Cap. i.  
eod. tit. in 1. comp. d Dicitur, ut, deest in omnibus manuscriptis.  
e prescribit. f Triburensis. g Burch. l. 2. Dec. c. 208. lvo p. 6.  
c. 11. & c. 2. eo. tit. in 1. comp. h altera verò. i sunt. k Ni-  
vernesis. l Luens. 1 Cap. i. eod. tit. in 2. comp. m Contestari.  
videtur.

stentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tan-  
quam vehementer admiculantes, adferentem Abbatis  
plurimum adjuvabant. Quia verò pars Episcopi adfere-  
bat se velle probare, quod dictus Archepiscopus in ex-  
tremis laborans tanquam Phreneticus alienatus erat a  
mente, unde non valuit, quod expressit: Nos causam h  
illam tibi sub hac forma duximus committendam, quod  
nisi præfatus Episcopus legitime probaverit, prædictum  
Archepiscopum suæ mentis compotem non fuisse,  
cum ultimam voluntatem expressit super impetitione  
monasterii perpetuum ei silentiū imponatur & compellatur  
restituere monasterio, quæcunque de bonis ipsius  
Archepiscopi, vel etiam monasterii occupavit. Si  
verò legitime probaverit Archepiscopum, quæ super  
ultima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse:  
ad faciendam ei nomine parœcialis ecclesiæ (cujus ipse e  
administrationem gesserat dum vixisset) restitutionem  
bonorum, quæ ipsius Archepiscopi fuerant, monaste-  
rium condemnatur, cum idem Archepiscopus ab intes-  
tato decesserit: ipsique monasterio super impetitione  
Episcopi silentium imponatur.

[ 1 Quibusdam rebus suis usus suo simpliciter reservatis. De  
manu cuiusdam fratris ejusdem canonici augmentationem corona in  
signum illius oblationis accepit, & quod hanc concessionem hoc modo  
fecisset, & non suo nomine, sed monasterii possidebat, & monasterio  
quicquid acquirebat, acquireret: sicut fuit in communi capitulo  
protestatus, & in hoc etiam publice per viginti annos fere idem  
Presbyter nullo contradicente vel reclamante permansit, ita quod  
per publicam famam in omnibus notum erat. Nam Abbas de  
Bruia qui pro tempore fuerat et ipsi Monachi rebus illis non secus  
quam alii rebus monasterii propriis sciente Episcopo Edunens. qui  
pro tempore erat, & in nullo penitus reclamante, publice utebatur.  
Id autem quod mente compos dictus Archepiscopus fecerat inter  
vivos in ultima voluntate mente sanus, licet eger corpore, confir-  
mavit. Cumq; idem Abbas & Monachi res sic legitime datus,  
& alias quas ipsi Archepiscopo concesserant ad utendum ad suum  
monasterium reducere volens, prædictus Episcopus eum violentiam  
inferens, non solum res Archepiscopi, sed etiam res ipsius  
monasterii occupavit: quæ cum in bona pace repetent, ipsi rebus  
illis, ut ei possit grassandi materia plenior indugeri sed. Apostolic.  
appellavit, in octavas sancti Martini proxima præteriti, sua ter-  
minum appellationis præfigens. Contra prædictus monachus Epi-  
scopi allegavit, quod antequam donatio illa facta sit, Archepi-  
scopus erat positus extra mentem, ita quod eum interrogatus  
fuisse, An Monachi vni tu habitum suscipere? & respondisset,  
Volo: statim interrogatus ab alio, Vn tu esse asinus? respondit,  
volo similiter. sicq; prædicti Monachi eum ad suum monasterium  
deportarunt, quod idem monachus se obtulit probaturum, quibus au-  
ditu & cognitio.]

DE SEPULTVRIS d.

TITVLVS XXVIII.

CAP. I.

Decedens intestatus, sepelitur in sepulchro majorum, vel ubi es-  
gitur sepultura parœcialis, tamen ecclesia habeat canonicam por-  
tionem ejus, quod relinquat ecclesia sepultura. hoc dicitur, secundum  
veriorum intellectum.

Leo III.

Nos instituta e majorum patrum consideran-  
tes, statuimus unumquemque in majorum suorum  
sepulchris jacere, ut Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negarium propriam eligere se-  
pulturam, & etiam alienam. Dominus enim & Magi-

a Erat a mente. b Ipsam. c Dicitur ipse, deest in pluri-  
mum in antiq. d In uno Vaticano ita: De sepulchris mortuorum  
e Post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 43. c. 2. & Cap. 3. eod. tit.  
in 1. comp. & 134. c. 1. eod. tit. lib. 8.



ter alienam elegit, ut propriam. Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicii illi ecclesie dari censemus, in qua coelesti pabulo refici consuevit, ut iuxta Apostolum sint consolationum socii, ut fuerint passionum: & sic demum ubiqueque libitum fuerit, eligat sepulturam. Aliter a ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per Prophetam locutus est, dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui: sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus.

CAP. II.

*Qui convertitur ad monasterium, medietatem bonorum, qua pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesie paracialis.*

*Leo Papa omnibus fidelibus per Dardaniam constituit.*

**R**elatum est auribus nostris: [ 1 & infra. ] Mandamus, ut quicumque amodo in monasterio converti voluerit, sive in morte, sive in vita omnium rerum & possessionum, quas pro salute anime sue decrevit disponere, medietatem b ecclesie, ad quam dignoscitur pertinere, relinquat.

[ 1 Esse quosdam peruersi agentes, qui subvertere nituntur, atque de videre conantur ecclesie unitatem, videlicet Abbates, Monachos, qui non zelo charitatis, sed studio rapacitatis intrigant, atque seducere conantur seculares, quos illaqueare possint, ut res suas atque possessiones sive in morte sive in vita monasteriis suis tradant, & ecclesie quibus subiecti esse videntur, & a quibus baptismum, penitentiam, Eucharistiam, nec non pabulum vitae cum lacte carnis acciperunt vel accipiunt, nihil de bonis relinquunt: hunc denique fontem discordia nos animadvertendo modo omnibus inhibere volumus, & ne amplius fiat omnino prohibemus, considerantes non esse bonum, si illi qui fuerunt socii passionis secundum Apostolum, sint immunes societate consolationum: & quia dignus est mercenarius mercede sua, ideo praecipimus atq. ]

CAP. III.

*Ubi quis sepulchro majorum relicto elegit sepulchrum in loco minus religioso dolo inductus, seu ex contemptu, seu non dimissa ecclesie sue canonica portione expressit vel tacite, non tenet electio. h. d. salvando solum textum, quantum fieri potest.*

*Innocentius III. c. Genuensi Archiepiscopo d.*

**F**raternitatem e tuam non credimus ignorare mortuorum sepulchra, & coemeteria apud illas ecclesias, & monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conventus sunt constituti, & orationes atque missarum solemnias, tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur. Vnde ipsorum devotio, & extremae voluntati qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero relicto antiquis ecclesiis, & patrum, aliorumq; parentum suorum sepulchris, contra consuetudinem Patrum Veteris Testamenti, qui cum patribus s suis sepulchri esse leguntur, ad nova & minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter & contra antiquam institutionem facere videntur. Vnde si P. de Castello contra antiquam & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit, hoc non praedicit rationi, sed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipsius Monachi sancti Stephani reddi facias, & cum suis patribus sepeliri.

CAP. IV.

*Si quis in agitudine, de qua decedit, offert se & sua monasterio, ecclesia paracialis habet inde canonicam portionem, secus si in sanitate.*

a Genes. 49. Exod. 14. Luc. 10. 1. Thessal. 5. 2. Corinth. 1. Prov. 22. b 13. quest. 2. c. 7. c 1mo secundum, aut Cantus. d al. Ianuensi, sed iam alibi monus olei Genuam, Ianuam vocatam. e C. 7. eod. tit. in 1. compilat. Vid. Concilium Matisponensi secundum, ca. 17. Adde quod de hac materia sanatum est post Decret. ca. 2. f De sepult. lib. 6.

*Alexander III. Episcopo Sphalen.*

**D**e his 4, qui in infirmitate vel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt, nihil tibi vel ecclesiis, a quibus receperunt salutis pabula, relinquente: hoc tuae volumus prudentiae innotescere, quod si in agitudine illa decedant, de bonis suis ipsis ecclesiis, a quibus adsumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca se in sanitate transferunt, de his quae locis ipsis conferunt, cogi non possunt aliquid praescriptis ecclesiis impertiri, quia liberum est eis tunc bona sua, non solum religiosis, sed etiam quibilibet privatis conferre personis.

CAP. V.

*Qui sepelitur paraciam alienam, quem sepelire non debuit, cogitur restituere corpus, & quae ratione ipsius obtinuerunt, hoc dicit, cum cap. sequenti.*

*Idem.*

**E**x parte b canonicorum e Obigen. nobis est informatum, quod prior de Insula quendam paraciam suam post appellationem ad nos factam in sua ecclesia sepelivit: [ 1 & infra. ] Mandamus, quatenus praefatum priorem compellas, ut memoratis canonicis praedicti paraciani corpus restituat d. & exinde amicabiliter conveniat cum eisdem.

[ 1 Unde quoniam hoc ecclesiasticae institutioni contrarium est, & a ratione tramite penitus alienum, ut qui saltem mittat in messem alienam, f. t.]

CAP. VI.

*Summatum est sup. cap. prox. Idem Decano & Magistro R. e Raven-naten.*

**C**um s liberum sit: [ 1 & infra. ] Ad audientiam nostram pervenit ex conuentione Abbatis, & fratrum sancti Martini Laudonensium quod cum Presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris ( prout in ultima voluntate disposuit) ad eandem ecclesiam sepeliendum deferret, Monachi S. Vincenii Laudonen. corpus ipsius violenter rapere, & in ecclesia sua sepelire minime dubitarunt: [ 2 & infra. ] Mandamus, quatenus si ita esse inveneritis, praefatos Monachos compellatis, ut ossa praefatae mulieris, & beneficia, quae occasione sepulchri ipsius receperunt noscuntur, memoratis fratribus cum integritate restituant, & de cetero g talia facere non praesumant.

[ 1 De universis institutionibus sanctorum Patrum apud religiosa loca in ultima voluntate sibi eligere sepulchrum, canonica proculdubio ob viat rationi, qui devotioni & extremae voluntati obedientiam in hac parte contradicere praesumit. ]

[ 2 Et hoc idem de filio R. canis praesumpserunt. Super quo itaq; vehementi sumus admiratione commoti, cum isdem Monachi & sanctorum Patrum institutionibus contrarent, & privilegia praedec. nostrorum, & nostra quae praedicti fratres de libera se habere sepultura proponunt, satagunt violare. Inde est quod s. ]

CAP. VII.

*Mulier nupta libere potest sibi elegere sepulchrum. Lucius III.*

**D**enore vero b utrum quemadmodum vir liberam debet habere sepulturam: Nobis videtur, quod nulla super hoc inter virum & mulierem s sit facienda distinctio, sed utriq; in casu isto aequalem esse credimus facultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier solvitur a lege viri k.

a Post Con. Later. sub Alex. III. p. 49. c. 6. & Cap. 6. eod. tit. in 1. compil. b C. 1. eod. tit. in 2. comp. c Obigen. al. Obigen. d al. aut exinde. e Remen. f Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. g In antiq. ita: de cetero similia non praesumant. h Ca. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. ca. 6. i uxorem. k Vid. L. in tempus. ff. de haro. instis. & l. sponsa. cum vi. C. de donat. ante nupt.



*Pater filios impuberes, ubi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo. h. d.*

Verum autem pater quod magis voluerit minores filios valeat sepelire, non invenimus à sanctis Patribus definitum, & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

CAP. VIII.

*Si parocianos ecclesie cathedralis alibi sepelitur, de ipsius sinecubitu, seu relicto ecclesie sepultura, debetur quarta capitulo ecclesie cathedralis.*

*Idem proposito & capitulo Faventini.*

Cum super quodam a capitulo: & infra. Præsentium auct. statuimus, ut si aliquem parocianorum velitorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.

CAP. IX.

*In quantitate canonica, qua debetur ecclesie parocialis, statui loci consuetudini.*

Clemens III.

Certificari voluisti b à nobis, quomodo illa clausula, quæ in privilegiis solet adponi, salva iustitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora adsumuntur, intelligi debeat & exponi. Cum autem super hoc articulo diversa antecessorum nostrorum manaverint instituta: Leone iustitiam illam quandoque tertiam partem, quandoque mediam, & Urbano quartam fore censentibus: nos tale præbemus in hac varietate responsum, ut sicut beatus Hieronymus e inquit, unaquæque provincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem regionis d illa iustitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur.

CAP. X.

*Trivulgati super iure sinecubandi sepelire possunt illos, qui apud eum eligant sepulturam, salvando tamen canonicam portionem ecclesie parocialis. Si vero alios sepeliant, tenentur restituere quicquid occasione sinecubandi receperint.*

*Inno. Episcopo Claremouten. & Abbati Maurien.*

In nostra præsentia e constitutus prior ecclesie monialis Ferrandi, & procurator hospitaliariorum Claremouten. dioc. idem prior proposuit, quod prædicti hospitalarii quosdam parocianos suos, quorum duo erant intra annos legitimos, receperunt ad ecclesiasticam sepulturam. Econtra prædictus proposuit procurator, quod tam ex privilegio, quam ex indulgentia specialia, licet hospitalariis omnes passim præter excommunicatos & interdicitos, ad ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commissa in ultima voluntate relicta possunt licenter accipere: soluta tantummodo quarta parociali ecclesie, de cuius parocia mortuorum corpora adsumuntur, præterquam de equis & armis, quæ indulta sunt ipsi in subsidium terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur: [ i & infra. ] Talem super his duximus sententiam proferendam, quod prædicti hospitalarii de cætero non recipiant parocianos ecclesie g supra dictæ ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos h elegerint sepeliri: & tunc parocialis ecclesie de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit, præterquam de equis & armis, recipiat quartam partem, & hospitalarii residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam. Nihilominus ipsi hospitalariis injungentes, ut de quarta trium millium solidorum priori satisfaciant memorato, cum constet eos à parocianis ejus illos solidos

a C. l. eod. tit. in 1. comp. b Ca. 3. eod. tit. in 2. compilatione. c ad Lucium. d Vid. l. Labeo. ff. de sup. leg. & l. cum de la nona. & asmar. ff. de fun. in fr. e C. l. eod. tit. in 3. com. f ad g prædicta ecclesia. h illos.

recepisse, nisi sit sufficienter ostensum, quod eorum oblato vel conversi fuissent. Eisdemque præterea duximus injungendum, quod nisi probaverint, quod G. a parocianos prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, universa, quæ ipsius intuitu ejus b receperunt, priori restituant memorato c: alioquin, quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis vero, quos constat intra annos legitimos decessisse, quæ sepulturæ eorum gratia receperunt, restituant universa.

[ i Cum igitur hac & alia, qua coram Episcopo fuerunt proposita, idem nobis fideliter retulisset, auditis & intellectis attestacionibus & allegacionibus universis de s. n. consilio.

CAP. XI.

*Casualiter mortuus privari non debet ecclesiastica sepultura.*

*Idem Archiepiscopo Turonen.*

Ex parte d parentum M. nobis est intimatum, quod cum nobilis vir dominus I de insula e Butardi eidem posuisset invidias, quam sollicitaverat sape de supro, & ipsa gationibus, qui eam rapere nitentur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit casu submersa. Quocirca mandamus, quatenus cum illa non sponte præcipita-verit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus ejus tradi facias ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur, & cui communicabatur viventi, communicandum sit jam defuncto.

CAP. XII.

*Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico cæmeterio, & discerni possunt, debent exhumari & proici: alia secus.*

*Idem Nidrosen. f. Archiepiscopo.*

Sacris g est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis: & ut careant ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab ecclesiastica unitate præcisi h, nec in articulo mortis ecclesie reconciliati fuerint.

Vnde si contingat interdum, quod vel i excommunicatorum corpora per violentiam aliorum, vel alio casu in cæmeterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab ecclesiastica sepultura jactari. Quod si discerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum ossibus corpora extumentur fidelium: cum licet k non obstit justis sepultura nulla vel vilis, impis tamen celebris, vel speciosa l non proficit.

CAP. XIII.

*Terra cæmeteriata pro sepultura fidelenda vendi non debet.*

*Innocentius III. Episcopo Magalon.*

A Bolendæ consuetudinis perversitas apud montem Pessulan. (ut dicitur) inolevit, ut de decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum precium ecclesie persolvatur: & infra. Mandamus, quatenus cum loci diocesanus existas, inhibeas clericis ne quicquam omnino præsumant exigere hac de causa.

CAP. XIV.

*Excommunicatus, qui per suum Presbyterum fuit absolutus in morte, in cæmeterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum cogantur hæredes.*

*Gregorius IX. Episcopo N.*

a VV. b receperint. c Vid. l. cum na. C. de. inst. & sub. stit. & l. qua sub condicione. 5. quoties cum ver. seq. ff. de cond. inst. d C. 2. eod. tit. in 3. comp. e Dicitur Butardi, deest in omnib. antiq. exempl. f Vitrovensi Episcopo. g C. 3. eod. tit. in 3. compilatio. h Vid. l. 2. ff. de calum. per Bart. i al. laicorum. k Hac verba sunt B. Aug. lib. De cura pro mort. agend. c. 2. l. preciosa.

**P**arochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum injectione in personas ecclesiasticas, ecclesiarum violatione vel incestu fuit, dum ageres in extremis a per Presbyterum suum juxta formam ecclesie absolutus, non debent cœmeterium & alia ecclesie suffragia denegari. Sed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfiant, cen. sunt ecclesiastica compellendi.

**DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PARO-**  
**CHIANIS.**

**TITVLVS XXIX.**

**CAP. I.**

*Inter Episcopum substitutum Episcopo heretico, & ipsum Episcopum hereticum reuersum, & ex dispensatione receptum, dividitur episcopatus, modo hic expresso.*

**Ex concilio Africano. b**

**S**i Episcopus e ex Donatistis ad catholicam unitatem est conversus, & qualiter inter se dividant eas quæ sic inventæ fuerint, ubi ambæ partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem pieb elegerit. Sed si antiqui catholici suum voluerint, & illi suum, qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur d. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur e. Si enim ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod dictum est, cum de æno loco superius tractetur.

**CAP. II.**

*Presbyteri parochiales dominicis diebus & festiuis parochianos alienos ad missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum ecclesiam accedunt.*

**Ex concilio Naneten. g**

**V**t dominicis vel h festiuis diebus Presbyteri antiquam missam celebrent plebem interrogent, si aliter parochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero ibi velit missam audire: quem si invenerint, statim ab ecclesia abjiciant.

**CAP. III.**

*Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter judicare.*

**Hadrianus Papa. i**

**N**ullus Episcopus alterius parochianum judicare præsumat: & infra. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest.

**CAP. IV.**

*Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherentia præscribi non possunt.*

**Vrbanus III.**

**S**uper eo verò k, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & l his quæ finibus coherent, non præscribendis, statutum per canones esse

<sup>a</sup> Quis dicatur constitutus in extremis, vid. in leg. 3. cum l. sequent. ff. de don. cau. mor. Bart. in l. 1. C. de sacrosanc. eccl. b c. 85. in conc. Lat. c. C. i. eod. tit. in 1. comp. d. Ved. l. & suum heredem. h. fin. cum l. sequent. De partu. e deputentur. f fuerunt. g Vansten al. Noveren sed legendum Naneten. esse que hoc decretum ibi c. 1. non c. 25. ut refert Bur. l. 2. decr. c. 2. nec ca. 19. ut refert Ivo p. 2. l. 122. h C. 2. eod. tit. in 1. comp. i Bur. l. 2. decr. c. 29. Ivo p. 6. c. 148 & c. 3. eod. tit. in 1. comp. k post conc. Lat. sub Alex. III. c. ult. & c. 3. eod. tit. in 1. comp. l vel.

dignoscitur, sit in parochiarum a limitibus, sicut in provincialibus admittendum. Respondemus quod bene videtur in utroque servandum, si fines legitima probatione, vel aliâ indubitata fide constiterit ecclesiastica ordinatione statutos.

**CAP. V.**

*Si parochianus seu diocesanus domicilium transferat, primus prelatus in eo iura episcopalia, seu diocesana, sibi non vendicat: de cetero tamen prædiles illius parocia sibi debentur, nisi aliter debeantur ex consuetudine.*

**Clemens b III.**

**S**ignificavit e nobis Aconen. d Episcopus, quod cum post recuperationem Aconen. civitatis, ad habitandum in ea se quàm plurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ in aliis civitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansionem: [ i & f. ] Fraternitati tuæ e, mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, ut sibi nullam in prædictos Acon. habitatores jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritalia non ministrant, distinctione, qua convenit compellatur: ita quod si de agris in eorum parocia constitutis fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione prædictorum decima percipiuntur, deinceps eis ipsas cum integritate percipiant: dicto verò Aconen. tanquam diocesano suo cogantur de ceteris respondere.

[ i Et in ea residentiam fecerunt aliquantulum, & adhuc oriam resident in eadem, prælati prædictarum civitatum eis ad sitienda sibi iura ecclesiastica compellunt. Quia verò transgredi verbum a patribus constitutos, aut saltem mittere in messiam alienam non oportet.

**DE DECIMIS, s PRIMITIIS ET OB-**  
**LATIONIBUS.**

**TITVLVS XXX.**

**CAP. I.**

*Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

**Hieronymus super Ezechielem. g**

**D**ecimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Levitæ, hoc est inferiorum ministrorum gradus decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque & h alix decimæ, quas unusquisque de populo Israël in suis horreis separabat, ut comederet eas, cum iret in templum in urbe Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & Levitæ ad convivium invitaret. Erant autem & alix, quas pauperibus recondebant. At vero primitivæ quas de frugibus offerebant, non erant specialiter nomine definitæ, sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam, quod qui plurimum, sexagesimam inter quadragesimam & sexagesimam licebat quodcumque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum est, hic i specialiter definitur propter sacerdotum avaritiam, ne amplius à populo exigant in primitivis offerendis.

**CAP. II.**

*Non potest congruè summari, propter varietatem locutionum, Paschalis II.*

**N**ovum k genus exactiois est ut clericis à clericis decimas exigant, cum nusquam in lege Domini

a Lxxvibus. b Clemens. c Ca. un. eod. tit. in 2. comp. d Acon. e alvestra. f De materia hujus tit. vid. Thom. 22. q. 80. & 87. g C. 45. & c. 1. eod. tit. in 1. comp. h Hæc dictio & deest. i al. hoc. k Post conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 16. & c. 17. eod. tit. in 1. comp. hoc



hoc legamus. non enim Levitæ à Levitis decimas accepisse leguntur. Illi profecto clerici, qui à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

CAP. III.

Compositus super decimis non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

Hadrianus Vigoren. & Herforden. Episcopi.

EX multiplica a conqueſtione V. Presbyteri accepimus, quòd cum inter Abbatem de Brudeja, de consensu totius conventus, & prædictum Presbyterum talis intercesserit b conventio, scripto monachorum authentico roborata, quòd monachi dicto Presbytero & ecclesie suæ de blado, & universis leguminibus, quamdiu viveret, decimas persolverent, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter quietas clamavit, idem Abbas à nobis privilegium obtinuit, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere tenerentur: [ 1 & 7. ] Vnde quia non fuit nostræ intentionis per privilegium nostrum conventioni derogare prædictæ: mandamus, quatenus Abbatem & monachos, ut eandem conventionem (non obstante dicto privilegio, nisi de ipsa contineatur in eo) inviolabiliter teneant & observent, vel exinde secum pacificè conveniant, appellationibus compellatis.

[ 1 Quis si quidem reversus ad propria tantam apud H. Regem illud gratiam & favorem invenit, quòd totam terram Baxefus vult, in qua ecclesia præfati Presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuum elemosinam contulit: quo factoprad. Abbat ut vestri colui illius villa expulsi, totam terram prædicta parochie excolere propriis sumptibus, ecclesia debitos redditus subtraxit. ]

CAP. IV.

Monachi tenentur solvere decimas prædiales, de prædiis noviter cultis, de quibus decimas prius solvebantur.

Idem Thoma Cantuarien. c Archiepiscopo.

Commissum [est] nobis [ 1 & 7. ] Pervenit ad nos quòd monachi de Bossa, ecclesie sanctæ Marie, in cujus parochia commorantur, decimas ex integro non persolvunt. Ea propter mandamus, quatenus eos de decimis de terris cultis, in quibus olim domus constructe fuerant, præfata ecclesie cum ea integritate persolvant, qua priusquam in eadem parochia morarentur, solabant persolvi, compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persolvebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque deminutione persolvi.

[ 1 A Deo dispensationi officium admonet, & exhortatur multipliciter, ut universis Christi fidelibus & ecclesie debeamus ubique providere, atq; integra jura sua nos oportet atq; illibata conservare. ]

CAP. V.

De excommunicationem compellitur quis ad solvendas decimas de molendinis, & aliis huius contentis, & ca. seq. hoc dicit, non seq.

Alexander III. Cantuarien. Archiep. & eius suffraganeis.

Pervenit ad nos: [ 1 & 7. ] Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis distinctione compellere, ut de proventus molendinorum, piscinarum, feno, & lana, decimas ecclesie, quibus debentur, cum integritate persolvant.

a C. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. a. 11. b intervenit. c Hinc existimo esse B. Tho. Cantuarien. Arch. qui circa annum Christi 1171. pro libertate ecclesie assensu martiri tradidit sub Alex. III. d C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 13. c. 12. e C. 2. eod. tit. in 1. comp. f vid. l. si mansisti. C. de for. & aqua per Bar. & h. ff. de aqua plu. ar.

[ 1 Quòd cum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueverint ecclesie, quibus debentur, cum integritate persolvere: nunc tam laudabilis consuetudine præmissa, quidam ex eis de lana, & de feno, & de proventus molendinorum & piscinarum ipsi ecclesie subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutioni divina manifestius observant, qui decimas ipsas ecclesie non persolvunt. f. v. per ap. sp. ]

CAP. VI.

Summatum est cum precedenti, & declaratum ut in precedenti dictum est.

Idem Vintonien. a Episcopo.

Nuncios b: [ 1 & 7. ] Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persolvere ecclesie distinctione compellas.

[ 1 Et literas tuas f. ea qua decuit benignitate recepimus, & petitionem tuam quoad licuit curavimus exaudire, sicut illius persona quam pura in Domino & ferventi charitate diligimus: & cuius commodis & profectibus intendere volumus diligenter. Cum igitur ad officium tuum spectent ea in quibus nostri præcepti desideres nostra auct. maneri, tanto in his debuisti facilius exaudiri, quanto ipsam eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extrema iudicio reddatur ex rationem. Inde est quòd f. r. per Apost. sed. prad. ]

CAP. VII.

Decima fructuum statim cum collectis sunt, solvi debet, non deductis expensis.

Idem Exonien. Episcopo.

Cum homines e de hortona. de frugibus ix. partibus sibi retentis decimam ecclesie, cuius parochiani sunt, sine deminutione solvere teneantur: & antequam id faciant, servientibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persolventes: Mandamus, quatenus eos cogatis, ut decimam statim d fructibus collectis persolvant, atque de subtractis & retentis dignam satisfactionem exhibere procurent.

CAP. VIII.

Privilegiati super decimis non solvendi, de iis prædiis, qua ab aliis conducunt, decimam solvere tenentur.

Idem monachu de Noulan. e

Dilecti f filii Abbas & fratres sanctæ Crucis sua nobis conqueſtione monstrarunt, quòd prædia unde decimas, & in magna parte sustentationem consueverunt habere, à plerisque laicis conductis, & receptis ad firmam. Vnde quoniam iidem fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis nostræ, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conductis decimas non solvatis: mandamus, quatenus de prædiis, quæ conductis in parochiis suis, de quibus consueverunt decimas percipere, plenarie solvatis eisdem, vel cum ipsis amicaliter componatis.

CAP. IX.

Revocatur privilegium, si ex post facto incipit enormiter nocuum esse.

Idem Abba. & fratribus Dolon. h

Suggestum i est ex parte vestra, quòd Abbas & fratres monasterii de Vrsin. decimas à vobis auferre conantur. Dif. v. mandamus, quatenus cum prædicto Abbate & fratribus super ipsis decimis componatis. nam quando Roman. ecclesia ordini vestro privilegia de decimis dederat, ita erant ratae abbatie vestri ordinis: quòd exinde nulli poterat de jure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentata sunt, ac possessionibus

a Vitorien. al. Vintonien. b C. 18. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 4. c. 2. c C. 4. eod. tit. in 1. comp. d de fructib. e Nemo al. Norvolo. Nevelo. al. Nevolesia. f C. 6. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. p. 13. c. 2. g conductus. h Dolon. i C. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 4.

ditate, quod multi viri ecclesiastici de vobis apud nos querelam a sepe proponunt.

CAP. X.

Cisterciensis, templarii, & hospitalarii decimas pradiorum suorum, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, solvere non tenentur: alii vero religiosi non solvunt decimas de hortis & nutrimenti animalium, nec de novalibus, quae propriis manibus ac sumptibus excolunt.

Idem Terraconensi b Archiepiscopo.

Ex parte e tua ad nos noveris pervenisse, quod albi monachi & nigri, & quidam alii d religiosi, ecclesias tuae jurisdictionis redditibus decimarum, occasione privilegiorum, quae tibi Romana indulgit ecclesia, spoliare praesumunt. Sane nolumus te latere, quod praedecessores nostri fere omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserant. Sed praedecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciensis ordinis, & templariis, & hospitalariis, decimas laborum suorum, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, indulgit: ceteris vero, ut de novalibus suis, quae propriis manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimenti animalium suorum, & de hortis suis decimas non persolvant: quem sumus super his imitati. Quare ii, quibus hoc indultum est, hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiae suae non possunt subtrahere, vel sibi aliquid ulterius vindicare.

CAP. XI.

Privilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quae aliis traduntur excolenda.

Idem.

Licet f de benignitate sed. Apost. sit vobis indultum, ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini, propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis excolendas.

CAP. XII.

Privilegium super decimis laborum, etiam ea, quae non sunt novalia, comprehendit.

Idem.

Audientiam g nostram: [1 & 7.] Illud privilegii capitulum prava quidam interpretatione pervertentes, quo Cisterciensibus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus ac sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: adferunt quod pro laboribus, novalia intelligi debent: [2 & infra.] Mandamus, quantum non permittatis hoc fieri, nam si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus h de laboribus, de novalibus poneremus.

[1 Noveris pervenisse, quod cum quidam vestrum a del. filiis nostris, fratribus Cisterciensis ordinis de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur.]

[2 Verum quemam fratres praescripti ordinis de benignitate Apost. solvere debemus & volumus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel eos contra justitiam molestandi quamlibet, attentius providere volentes, f. o.]

CAP. XIII.

Decimas novalium debentur ecclesiae in cuius parocia sita sunt: si vero non sunt in certa parocia, debentur diaecesano, qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesiae concedere.

Idem Brixien. Episcopo.

Quoniam k nobis sollicitudo tua requisivit, quid de decimis novalium tuae dioecese tibi sit statuendum. Respondemus, ut sit terra, quae arabiles sunt, intra

a Querimoniam. b Turonen. al. Terracon. c Ca. 10. cod. tit. in 1. comp. d Alii viri religiosi. e Concesserunt. f Ca. 11. cod. tit. in 1. comp. g C. 13. cod. tit. in 1. comp. h Praesumus. i Vid. l. ab hostib. s. sed quod simpliciter. ff. ex quibus au. ma. & l. 3. ff. de offic. pra. k C. 25. cod. tit. in 1. comp.

certam alicujus ecclesiae parociam fuerint, decimas earum (tua parte retenta) eidem ecclesiae facias assignari. Alioquin ipsa secundum discretionem ad Deo tibi datam, alii a ecclesiae deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

CAP. XIV.

Decima possunt exigi.

Idem Remen. Archiepiscopo. b

Parochianos: [1 & infra.] Cum decimae non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutae, quasi debitum exigi possunt.

[1 Verò tuos ad solvendas decimas ecclesiae, quibus eas debent, ecclesiastica debet severitate compellere.]

CAP. XV.

Decima laico jure hereditario concedi non potest.

Idem Ambianen. c Episcopo.

Ad haec d donationem decimae, quam Abbas sancti s. de Monstriali cuidam loco concessit per successorem tenendam: (Quoniam sanctuarium de jure hereditario possidere non debet) viribus carere decimas: & laicum (nisi decimam ipsam ipsi ecclesiae libere religaverit) vinculo excommunicationis adstringas.

CAP. XVI.

Indas coguntur pradiales decimas solvere, aut pradia dimittere.

Idem Marsilien. e Episcopo.

De terris, quas ludaxi colunt, tu f prudentiae responsendum, ut eos ad decimas persolvendas g, vel possessiones penitus renunciandas, cum omni distinctione compellas, ne forte occasione illa ecclesiae valeant suo jure fraudari.

CAP. XVII.

Decima vel oblationes ecclesiae laicis concedi non possunt, & praelatus contra facientes est puniendus.

Idem.

Quamvis h sit i grave nimis, & divini dignum animadversione iudicii habeatur, quod laici quidam quod sacerdotum est, in ecclesiasticis rebus usurpant: majorem tamen incurrunn formidinem, quod fomitem sui erroris dicuntur in ipso clero aliquoties invenire, dum quidam praelatorum ecclesiae decimas, & ecclesiae dispendere eis indulgent, & eos in devia mortis impellunt, qui praedicatione eorum ad viam vitae fuerant revocandi: [1 & 7.] Statuimus, ut si quis alicui laico in seculo remanenti, ecclesiam, decimam, oblationemque conceperit, a statu suo, sicut arbor quae inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, dolore suae peccati ruina prostratus.

[1 De quibus dicit Dominus per Prophetam: Populum provocata comediunt, & ad iniquitatem provocant. Unde.]

CAP. XVIII.

Statu consuetudini, an colonus solvat decimam ecclesiae, in cuius parocia sita sunt pradia, an ecclesiae, ubi audit decima, & percipit ecclesiastica sacramenta?

Idem.

Cum sint k homines in parocia unius ecclesiae (sicut asseris) qui terras in alia parocia excolunt: t. di. nos consuluit, cui ecclesiae de terris illis decimas solvere debeant: [1 & 7.] Sane non est nobis facile su- per hoc certum l dare responsum: cum auctoritates sanctorum Patrum etiam sint diversae. Et ideo in huiusmodi dubitatione ad consuetudinem decimus recur-

a Aliis ecclesiis. b Post conc. p. 26. c. 21. deest hae infra. c. 26. cod. tit. in 1. comp. c Ambianen. al. Ambianen. d Ca. 7. cod. tit. in 1. comp. e Marsilien. f Ca. 2. cod. tit. in 1. comp. g Vid. l. imperator. ff. de pub. cum no. per Bald. & l. comperit. C. de praes. xxx. vel xl. anno. h C. 2. cod. tit. in 2. comp. i Verbum sit, deest in aliquot anag. k C. 3. cod. tit. in 2. comp. l Ceterum responsum tibi dare.



rendum a. & attendendum etiam, si illa ecclesie in uno sint, vel in diversis episcopatibus constituta: quia difficile nimis videtur, ut una ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas: cum ex hoc episcopatum fines confundi non immerito viderentur.

[1 An illi in qua divina audiunt, & alia ecclesiastica percipiunt sacramenta.]

CAP. XIX.

Non potest laicus transferre decimam in alium laicum, etiam si cum titulo illam possideat. b. d. cum glossa.

Ex concilio Lateranen.

Prohibemus b. ne laici decimam cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiam non reddiderit, Christiana sepultura privetur.

CAP. XX.

Decima personalis debetur ecclesie, ubi quis percipit sacramenta, licet ab illorum contigerit. In praedictis vero statum consuetudinis, si in aliena parochia colonum praedium coluit.

Lucius III. Strigonienfi Archiepiscopo.

Ad Apostolicam sedis regimen: [1 & 7.] Intelleximus quod quaedam consuetudo in Hungaria inolevit, ut multitudo populi plerumque de parochia unius Episcopi in diocesim alterius transferatur: in qua licet per multa tempora moram traxerit, uterque tamen Episcopus, tam is cuius parochiam reliquerunt, quam is cuius parochiam sunt facti, decimationem requirit. Id eoque nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decime sint reddenda. Noveris igitur, quod aequum est, ut illi ecclesie decime personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas vero mellium d, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quam in ea in qua habitant (quoniam a diversis diversis consuetudo tenetur) tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtinuit ibidem noveris observatum.

[1 Licet immeriti dignatione divina vocati, omnibus sumus ecclesia suis debentes, & pro praesentia nostra modico respondere cogimus consuetudinibus singularum.]

CAP. XXI.

Decima fructus praedii solvenda sunt decima.

Clemens III. e

Ex parte f. canonicorum ecclesie tuae nobis est querela proposita, quod quidam agriculatores, cum simul vel diversis temporibus anni, in eodem horro, vel agro diversa semina sparserint, non nisi de unius illorum seminum fructibus decimas illi persolvunt: [1 & infra.] Mandamus, quatenus si noveris rem taliter se habere, agriculatores illos, ut de omnibus praediorum & fructibus decimas absque diminutione persolvant, ecclesiastica censura compellas.

[1 Qui etiam decimas de agrorum proventus, non curant persolvere, nisi quibusdam deductis expensis, quas faciunt pro illis ad arcam, vel ad horrea deportandis. Quia igitur per haec canonici & ecclesia Dei non modica irrogatur injuria, cum Leviticis obsequio expensis deductis decimas sit in iunctum expendi.]

CAP. XXII.

Decima praediales solvenda sunt, expensis non deductis.

Celestinus III.

Non est b. in potestate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua femina terrae mandant: [1 & 7.]

a. vid. l. in iure. & l. de interpretatione. ff. de legibus. b. C. 23. in tit. in 1. comp. quam si periculosum detinere decimas, tradit Guid. Pap. dec. 263. c. C. 29. eod. tit. in 1. comp. d. in vulg. legitur, ita super decima vero, &c. sed in omnibus Cod. manuscr. habetur ut est impressum. e. Celestinus. f. C. 3. eod. tit. in 2. compilatio. & praedictorum. h. C. 4. eod. tit. in 2. comp.

Revera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis decimae sunt ministris ecclesiae tribuenda; ita ut qui de his ea solvere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percipi: [2 & 7.] Volumus ergo & districte precipimus, quatenus antequam ulla a deducatis de bonis praedictis expensas, decimas ecclesiae, ad quas pertinent, cum integritate debita persolvatis.

[1 Quid eis satio vel plantatio sit redditiva. Cum iuxta verbum Apostoli ad literam exponendam, neq. qui plantat bene aliquid faciat, neq. qui rigat, sed Deus qui tribuit incrementum. Audimus autem quod quidam vestrum de viseti, oliveti, carmelis & frugibus, non nisi praemio deductis expensis seminum, laborii vel agriculturae decimas curant ecclesiae exhibere.]

[2 Trateca si quis omnino Domino decimas non dederit, quae sunt tributa egentium animarum, & ex debito requiruntur ad decimam partem, ut docet Augustinus, removeri mereatur.]

CAP. XXIII.

De redditibus molendini ad ventum, solvenda sunt decima. Idem.

Ex transmissa b. querela rectoris ecclesiae de N. intelleximus: [1 & 7.] Quia fidelis homo de omnibus, quae licite potest acquirere, decimas erogare tenetur, Mandamus, quatenus H. militem ad solutionem decimarum de his, quae de molendino ad ventum proveniunt, sine diminutione aliqua compellaris.

[1 Quid cum d. miles molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiae, de cujus terra proventus decimas solvas ecclesiae percipere, memorata contraxit, de ipsius proventus vel obventionibus decimas ei solvere contradicens, in salubris sua periculum detinere non veretur. Unde.]

CAP. XXIV.

Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.

Innocentius III. Pistorien. Episc.

A nobis e. tua fraternitas requisivit: [1 & 7.] Cum agitur quilibet decimas solvere tenetur, nisi a praestatione ipsarum specialiter sit exemptus: Fraternitati tuae taliter respondemus, quod a dantibus & recipientibus possessiones ad firmam de fructibus, quos percipiunt, decimae sunt solvenda: Nisi ab eis ostendatur, quare ab huiusmodi sint immunes.

[1 Virum ab illis decimas exigere debeas, qui possessiones suas vel recipientes ad firmam, cum aliis se contentur per alios excusare quominus cogantur ad decimas persolvendas.]

CAP. XXV.

Imperiali concessio sub quacumque forma a solutione decimarum eximere non potest.

Idem Vercellen. Episcopo.

Tua d. & infra. Porro cum laicis nulla sit de spiritualibus e. concedendi, vel disponendi facultas, imperiali concessio quantumcunque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quae divina constitutione debentur.

Decima novatum non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. b. d.

a. Dicitur nullas. deest in omnibus antiquis codicibus. b. C. 7. eod. tit. in 2. comp. vid. conc. Trid. Sess. 21. de reform. ca. 2. & concil. Matif. 2. c. 5. & B. Thom. 22. quaest. 87. art. 2. c. Ca. 1. eod. tit. in 2. comp. & de materia textus & glossa. vid. Covarr. l. r. Var. ref. c. 17. & Guid. Pap. dec. 266. & 264. Adde Sylvestr. in sum. verb. decima. s. 1. d. C. 4. eod. tit. in 4. comp. vid. Host. & Oldra. consueg. e. al. de spiritualibus. reb.





Nec occasione a decimationis antiqua (licet in feudum decimae sint concessa) sunt decimae novalium usurpandae, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius b restringenda.

## CAP. XXVI.

Sine deductione seminis & sumptuum debent dominus & colonus decimas solvere, & non cui voluerint ecclesia vel pauperibus, sed ecclesia cui debentur: nec ad hoc excusantur propter malitiam clericorum.

Idem eadem.

**T**ua nobis fraternitas intimavit e, quod quidam laici d decimas ecclesiis & clericis tuis, peruersis machinationibus subtrahere moluntur. Quidam enim ex eis semen & sumptus, qui sunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de residuo impendendam decimam asseverant. Alii vero de portione fructuum, quam a colonis accipiunt, partem decimae separantes, eam capellis suis aut aliis clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in usus alios pro sua voluntate convertunt. Nonnulli etiam vitam clericorum tanquam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur: [1 & 7.] Verum si ad Deum (a quo cuncta bona procedunt) assertores huiusmodi debitum respectum haberent, jus ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas (quae tributa sunt egentium animarum) praesumerent detinere. Cum enim Deus, \* cuius est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo, deterioris conditionis esse non debeat, quam dominus temporalis, cuius statum de terris, quas exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus aut semine separato, necessario cum integritate persolvitur: nimis profecto videtur iniquum, si decimae, quas Deus in signum universalis dominii, sibi reddi praecipit, suas esse decimas & primitias asseverant, occasione praemissa, vel excogitata magis fraude deminui valeant, cum Deo debita sit solutio decimarum, in tantum, ut ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici si moniti reddere e noluerint, ecclesiastica f sunt districtione g cogendi. Et cum de cunctis omnino proventibus decimae sint reddendae, sicut colonus de parte fructuum, quae sibi remanet ratione culturae: sic & dominus de portione, quam percipit ratione terra, decimam reddere, sine deminutione tenetur. Praeterea vero nequitia clericorum nequeunt eas (nisi quibus ex mandato divino debentur) pro suo arbitrio erogare: quum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere praeter domini voluntatem: [2 & 7.] Quoniam igitur pati nolumus, ut ecclesiarum & clericorum iura praesumptione qualibet minuantur: mandamus, quatenus omnes qui ratione personarum, aut etiam praedictorum decimas ecclesiis & clericis tuae dioecesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione b remota compellas.

[1] Quidam insuper asseverantes se possessores, & omnia iura sua cum omni honore atq. districtu per imperialem concessionem adeptos, decimas sub huius generalitate detinere praesumunt: occasione praeterea veteris decimationis, quam asserunt sibi concessam, aliqui decimas novalium sibi non metuant usurpare.]

[2] Quanquam per sollicitudinem pastoralis officii sunt a sua nequitia coercendi, & cum de cunctis omnino proven-

a Vid. decis. Capell. Tolos. 440. b vid. l. cum quidam, cum vulg. ff. de liber. & posthu. c l. 2. eo. tit. in 3. comp. d In recent. imprefsu, decimas ecclesia a clericis tuis, &c. sed nos ex antiq. exempla. Greg. repofsumus, ut est imprefsum, quam lectionem agnovit Hostiens. \* Psal. 22. e solvere. f sint. g vid. conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 12. adde conc. Mats. 2. c. 3. & Synodum Trinensem, in sacris. h vid. hic Henricum Boich.

ibus decimae sint reddenda: sicut colonus de parte fructuum quibus remanet de ratione culturae, sic & dominus de portione quam percipit de ratione terra, decimam reddere sine deminutione tenetur.]

## CAP. XXVII.

Privilegium super decimis non solvendis ecclesiastica persona concessum novalia comprehendit. h. d. secundum intellectum, qui placet Pannorm.

Idem Abbati sanctae Columbae Senonen.

**E**x parte b tua: [1 & 7.] Cum igitur tibi, quod majus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus terra parochiarum tuarum, cum integritate percipias, de novalibus eas exigere satis potes: quia ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur.

[1] Fuit hoc propositum coram nobis, quod cum tibi de laboribus terra parochiarum tuarum ecclesiae, sicut asseris, sit indulgentia decimas cum integritate percipere, dignaretur misericorditer indulgere, ut de terris quae infra parochias tuas noviter rediguntur ad culturam, de indulgentia nostra exigendis decimas facultatem haberet.]

## CAP. XXVIII.

Negotiator de lucro decimarum solvit deductis expensis, quae sunt de pecunia decimata: expensa vero, quae sunt pro habendis fructibus non deducuntur, & de fructibus solvitur decima, etiam non deductis expensis factis pro restauranda.

Idem Helicen. Episcopo.

**P**astoralis e officii, &c. [1 & 7.] Explicari postulat, utrum quis possit de molendinis, & piscariis necessarias expensas deducere, priusquam solvit decimas et eisdem, sicut est in negotiatione concessum? Ad quod respondemus, quod licet circa res acquiritas, vel factas de pecunia decimata, cum ipse venduntur, credamus deducendas expensas, & de residuo, quae de lucro decimas persolvendas, ut si vendatur domus, ager, vinea, cibus, molendinum, grex, aut quaelibet merces. Expensas tamen, quae sunt pro fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus proveniunt, non credimus deducendas, etiam si fuerint decimata: quoniam salva decima, fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos a alienari posse non credimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restaurando detrimeto quarumlibet rerum, ex quibus decime persolvuntur, credimus deducendas expensas, de proventibus decimatis: quia penes dominum res permanent restauratae; ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinis, portio merces depercat, vel totus cibus destruat.

## CAP. XXIX.

Qui praescribit decimam in aliena parocchia, si tibi imponat novalia, ipsorum decimas non habebit.

Idem.

**C**um e contingat interdum in tua dioecesi. [1 & 7.] Cum in quibusdam parocciis ad quasdam ecclesias, vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertinet perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem, quae a nobis ad quam huiusmodi novalium decima incipit pertinere: Vnde inquisit. t. respon. quod cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de jure communi pertineat, decimae novalium, quae sunt in parochiis extraneis, ad ipsas proculdubio pertinere nolunt, nisi ab his, qui alias percipiunt f decimas, rationabilis causa ostendatur g. per quam adpareat, novalium ad eos decimas pertinere.

a Sanctae Columbae, al. sancti Columbae. b C. 3. edit. tit. in 3. comp. & sacrum tradita per las. in l. 1. de transact. c C. 4. tit. in 3. comp. vid. Turrec. in c. reversionis. 16. q. 1. d illi. e Cl. eod. tit. in 4. comp. vid. Covarr. l. 1. v. 17. circa fin. f accipiunt. g vid. l. non omni. per Bar. ff. de legibus. [1] Praeterea

[ 1 Præterea requisisti, cum aliqua prædia, de quibus ecclesiis aut personis ecclesiasticis decime soluebantur, ad fratres Cisterciensis ordinis donationem vel emptorem vel alio titulo devotum, an iidem fratres de talibus prædiis ipsi ecclesiis vel personis decimas solverentur. Super quo tale damus responsum, quod cum prædicti fratres ad se. Apoll. sit adaltem, ut laboribus suis quos propriis manibus aut suis propriis excolunt, decimas nullas proferre solentur, de prædiis taliter adquisitis ecclesiis vel personis ecclesiasticis decimas solvere non teneantur, dummodo propriis manibus aut sumptibus excolantur.]

CAP. XXX.

Decima omnium fructuum prædii debentur ei, qui decimas tibi prescribit, sed ad aliud prædium prescriptio non extenditur.

Idem Episcopo Beluacen.

Cum in tua a diocesi quadam monasteria & conventuales ecclesie, in multis parochiis majores decimas percipiunt & minutas, de quibusdam fructibus annuatim percipiunt, non fuerunt decime persolute: [ 1 & 7.] Respondemus, quod si fructus prædicti de illa terra proveniunt, de qua monasteria vel conventuales ecclesie aliquos percipiunt ratione decimarum proventus, eis proculdubio decime fructuum debentur eorum, cum ipsi terra illa ab antiquo fuerit decimata, & non debeat una eademque ecclesia à diverso jure censi: alioquin parochiales ecclesie exolvantur, ad quas de jure communi spectat & præceptio decimarum.]

[ 1 Requiristi per sed. Apoll. edoceri, utrum decima fructuum prædiorum ad parochiales ecclesias, quæ nec minores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria & illas conventuales, quæ decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere.]

CAP. XXXI.

Laici ecclesias vel decimas donare non possunt, etiam si sunt reges: nec ex eorum titulo præstatur causa prescribendi.

Idem Vespriam. d. Episcopo.

Quidam e adversus fratres Hierosolymitanos hospitalis sancti Stephani te proponente in nostra presentia questionem, quod ipsi decimas de laboribus rusticorum suorum Vespriam. ecclesie debitas non permitterent tibi solvi: [ 1 & infra.] Comparantibus igitur te ac ipsis statuto termino coram nobis, G. Prefbyterum Cardin. tibi & eis concessimus audirem: coram quo decimas terrarum, quæ per rusticos hospitalis Vespriam. dioc. excoluntur, & de chirographa g. & de novicularia ecclesia, quæ per ipsos hospitalarios detinentur, intentione tua de jure communi fundata petisti. Prior autem hospitalis in prædictis decimis & ecclesiis præscriptionem allegans, proposuit se non teneri tibi super his respondere: quod cum per auditorem ad nostram audientiam pervenisset: mandamus, quod idem prior præscriptionis titulum, quem allegavit, probaret, qui B. Regis ac reginæ Hungariæ privilegia exhibuit, qui ecclesiam sancti Stephani, ad quam dictæ ecclesie cum eisdem decimis pertinebant, in perpetuam elemosinam hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis Clementis Papæ præd. no. scriptum exhibens, per quod probare volebat concessionem prædictam plenum habere vigorem: [ 2 & 7.] Cæterum ex

parte sua fuit propositum, quod in decimis & ecclesiis à Rege & Regina donatis, præscriptionem non poterat opponere pars adversa, quæ nec à donatione ipsorum initium habere poterat, nec à confirmatione præfata tantum effluxit temporis, quod possit præscriptio confirmari, & sic donationis Regis ac Reginæ allegatus titulus nullus erat: cum sacrilegii crimen incurrat, qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquid a de manu b. receperit laicali: [ 3 & infra.] Nos igitur quomodo donatores prædicti conferre non poterint aliis, quæ ipsi de jure non poterant possidere, & per confirmationem prædicti Clementis super ecclesia sancti S. hospitali cum decimis & aliis pertinentibus ad se e. factam, etiam si authenticum adparet d. juri episcopali nullatenus derogetur: sententialiter prohibemus, ne fratres hospitalis præsumant ulterius impedire, quò minus decimas percipiatis memoratas, & pacifice possideatis in futurum.

[ 1 Eos citavimus, præsentem eis terminum concilium generale, quo cum instrumentis & rationibus suis nostris se conspecturi præsentarent, tibi respondere parati.]

[ 2 Et asserens nihilominus ipsam a se. record. Lucio. PP. præ. no. postmodum confirmatam.]

[ 3 Unde si contingat Laicum in donatione ecclesie talibus verbis uti, Do tibi ecclesiam talem: nihil aliud concedere intelligitur, nisi jus patronatus tantum quod habet in ipsa, prout in constitutione à nobis edita continetur expressè. Contra confirmationem autem fuit hoc modo responsum, quod consue ipsa ecclesia S. Stephani cum omnibus decimis & ecclesiis, & aliis quæ ad eandem pertinent confirmatur. Jus episcopale non tollitur, cum de illo nil exprimitur ibidem, sed tantum debita decimarum portio in parochia S. Stephani collatarum secundum terra consuetudinem esse hospitalariis reservata. Præsertim cum petita decima à te in parochia S. Stephani non consistant, quod de plano confessus est pars adversa. Contra vero fuit à parte altera replicatum, quod cum spacio xxx. annorum tacueris, juri tuo tacite renunciasti videris, sed hoc pars tua visa est repellere, allegando quod xxx. annorum taciturnitas non in jure communi, sed in privilegiis noscitur obtinere: unde jure communi quod habet Episcopus in decimis vel ecclesiis sua dioc. non nisi xl. annorum taciturnitate privatur.]

CAP. XXXII.

Domini prædiorum cogi possunt, ut prædca dent celenda talibus, à quibus sine contradictione ecclesia possit decimas consequi. h. d. usq. ad h. illa.

Idem in concilio generali. e.

In aliquibus regionibus f. quædam permixte sunt gentes, quæ secundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censentur nomine Christiano: his nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes ecclesias, majores inde redditus assequantur. Volentes igitur super his ecclesiarum inde munitibus providere: statuimus, ut ipsi domini g. talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant, quòd absque contradictione ecclesiis decimas cum integritate persolvant, & ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur.

Iste s. propter sui brevitate non summatur.

Illæ quippe decime necessariò solvenda sunt, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata.

CAP. XXXIII.

Trius solvenda sunt decime, quarum census seu tributa: & si prius illa solvantur, postea decimari debent.

a aliquid. b recuperes. c à se, in recentioribus, sed ad se, habetur: id est ad ecclesiam S. Steph. d authentica, in recentibus: sed in antiquis authenticis legitur. e Innoc. III. in conc. gener. Lat. 1. 13. f C. 2. od. tit. in 4. comp. g In Cod. Barb. ita: ut ipsi domini de cætero, talibus, &c.



Idem in eodem. a

**C**VM non sit in homine, quid b semen ferenti respondet, quoniam iuxta verbum Apostoli: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: ipsum quidem de e mortificato semine plurimum fructum affert, nimis avarè quidam in decimis defraudare nituntur, census & tributa, quæ interdum indecimata prætereunt, de frugibus primitus deducentes. Cum autem in signum universalis domini, quasi quodam titulo speciali, sibi dominus decimas reservaverit: nos & ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obviare volentes, statuimus, ut in prærogativam domini generalis exactiorem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata pervenerint (quoniam res cum onere suo transit) ea per cent. eccl. decimare cogantur ecclesiis, quibus de jure debentur.

CAP. XXXIV.

*Cisterciens. templarii & hospitalarii de fructibus possessionum, quas acquisierunt post concilium generale, de quo hic, decimas solvere tenentur, si de illis possessionibus prius solvebantur decima.*

Idem in eodem. d

**N**uper Abbates e Cisterciens. ordinis in generali concilio f congregati, ad commonitionem nostram providè statuerunt, ne de cætero fratres ipsius ordinis emant possessiones, de quibus decima debeantur ecclesiis, nisi fortè pro monasteriis noviter fundandis. Et si tales possessiones eis fuerint pia fidelium devotione collatæ aut emptæ, pro monasteriis de novo fraudandis, committantur aliis excolenda, à quibus ecclesiis decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum ecclesiæ alterius prægraventur: decernimus, ut de alienis terris, & amodò acquirendis, etiam si eas propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas persolvant ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum. Et hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi volumus & mandamus: ut ecclesiarum prælati promptiores, & efficaciores existant ad exhibendum eis, de suis malefactoribus justitiæ complementum, eorumque privilegia diligentius & perfectius studeant observare.

CAP. XXXV.

*Breve est, & idè non summat.*

Gregorius IX.

**I**nterdicimus universis personis ecclesiasticis, ut decimas detentas à laicis ad alienas ecclesias pertinentes in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant.

DE REGULARIIBVS, & ET TRANSEVN-  
TIBVS AD RELIGIONEM.

TITVLVS XXXI.

CAP. I.

*Non potest quis ad religionem admitti nisi volens, & in ætate idoneus.*

Ex concilio Maguntino.

**N**illus tondeatur h, nisi in legitima ætate & spontanea voluntate.

a C. 54. & c. 6. eod. tit. in 4. comp. b quod 1. Cor. 3. c Hæc periodum ex antiquis restitimus, ut est impressa, nam in vulgatis perperam legebatur. isam. 12. d Ca. 35. e Ca. 7. eod. tit. in 4. comp. f Pro voce, concilio, quod est in antiquis omnib. Cod. in antiqua comp. ponitur capitulo, quod non est inceptum, nam generales monachorum conventus capitula vulgo dicuntur. g de materia hujus tit. vid. conc. Trid. Sess. 23. tit. de regul. h vid. B. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 3. & con. Trid. infra citatum.

CAP. II.

*Impubes monasterium ingressus, post annum à parentibus revocari non potest. h. d. primo. Pubes per vim ingressus, post annum exire, vel à parentibus revocari non potest. h. d. secundi. Abbas.*

Ex eodem.

**S**I quis a ante annos legitimos tonsuratus est sine consensu parentum suorum, si parentes ipsius intra annum non reclamaverint ad principem, aut proprium Episcopum, vel ad missum dominicum, in clericatu permaneat. Si verò post legitimos annos, per vim b clericus factus est, & nec ipse nec parentes ejus intra annum, ad memoratas personas reclamaverint, in clericatu permaneat, sicut is, de quo superius dictum est.

CAP. III.

*Clericus secularis utens habitu & nomine monachi, cogitur ut fiat monachus, vel ab eo destitatur.*

Ex concilio Toletano.

**V**T clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos, & non sunt, corrigantur: ut c veri monachi sint, vel d veri clerici.

CAP. IV.

*Nequitia, qua spontè se ingreditur adhibus professorum, per hoc censetur professus, h. d. & est casus multum notabilis.*

Ex concilio (Arelaten.) e

**V**idua si spontè velum conversationis, quamvis non factum sibi, imposuerit, & in ecclesia inter velatas obligationem Deo obtulerit, velit nolit sanctimonie habitum ulterius debet habere. Licet sacramentò firmare velit eo tenore velamen sibi imposuisse, ut deponere possit.

CAP. V.

*Monachus temerè ad aliud monasterium transire, vel peculium habere non potest.*

Gregorius Anthemio Subdiacono.

**I**oannes frater: & infra. Præsenti iussione tibi mandamus, ut ne quem monachum de monasterio in monasterium temerè migrare liceat, nec eorum aliquem percellere quicquam habere. Sed si hoc præsumpserit, monasterio, in quo ab initio conversatus est, sub Abbatis sui regula competenti coercitione reddatur.

CAP. VI.

*Ubi est dura congregatio vel religio, requiritur in presenti pna pubertas, saltem tempus 12. annorum. b. d. habito respectu ad mentem litera. Et est textus singularis.*

Ex regillro Gregorii. f

**Q**uia in infulis dura est congregatio monachorum, pueros in eorum monasteriis, ante 18. annum solvendi prohibemus.

CAP. VII.

*Si Cisterciensis sine licentia sui Abbatis, ad aliud monasterium transire, ad proprium monasterium regredi cogitur.*

Alexander III. Archiepiscopus, &amp; alii ecclesiarum prælati, per Galliam g constituti.

**N**on est vobis dubium: [ 1 & infra. ] Univeritati vestra mandamus, quatenus monachos, vel conversos Cisterciens. ordinis, post professionem sine licentia Abbatum suorum, per episcopatus vestros recipi, nullatenus permittatis. Et si qui ex eis, sine licentia Abbatum suorum, de monasterio exire præsumpserint, & communiti celeriter non redierint, eos regredi compellatis.

a Bar. l. 8. Dec. c. 3. lvo p. 7. c. 26. b vide conc. Trid. Sess. 23. tit. de regul. c. 19. c aut. d aut. e al. Aurelian sed habetur in conc. Tribur. c. 25. refer Bar. l. 8. c. 36. lvo p. 7. c. 31. & c. 6. eod. tit. in 1. comp. quib. locis alii concilii tribuntur, sed fortassis non rectè. f l. 1. epist. ad Anthemium, ut referet Grat. 20. q. 1. 6. quia autem. & c. 1. eod. tit. in 1. comp. g in Gallia. [ 1 Au

[ 1 Aut incertum quomodo fratres religiosi Cisterciens. ordinis ea religione permanent, & virtute, quod ex institutione primis prædictorum nostrorum hi qui in eorum monasteriis professionem faciunt, sine Abbatis sui licentia prohibentur de claustris discedere, & discedentes in alio monasterio recipi. Inde est quod nos tandem consuetudinem, non solum amicam religioni, sed etiam consonam rationi sibi esse conservare volentes.]

CAP. VIII.

Professio facta ante xv. annum non obligat: post xv. vero si sit per susceptionem habitus professorum, etiam non obligat, nisi deinde perseverantia tridui.

Idem Magistro E. Crovaten. canonico a.

Ad nostram novitatem b. audientiam pervenisse, quod a eremitæ de monte Folio quosdam pueros seduxerunt, in tantum quod quidam suasionibus eorum ad sentiam habentes, statim religionis habitum in ipsorum monasteriis susceperunt: quorum unus T. nomine statim poenitit, quod habitum induisset: [ 1 & infra.] Quocirca mandamus, quatenus si constituerit, quod præfatus T. ante consummationem xv. anni susceptum habitum deposuerit, aut si post xv. annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & intra triduum deposuerit, eum ab imperitione prædictorum eremitarum denunciis absolutum: & eam, quam postquam exivit, juravit accipere in uxorem, liberè posse traducere, si alia e causa rationabilis non obstat d.

[ 1 Et quod fecerat suis parentibus intimavit, qui ad locum ipsam montem persequuta accedentes, eum inde traxerunt, & cum non esset ibi nisi per unam noctem tantummodo sicut accepimus, præfatus eremitæ & quidam alii non permittunt eum quandam puellam ducere in uxorem, quam ipse juravit in uxorem ducere, & sicut dictum disposuimus.]

CAP. IX.

Qui recipit habitum professorum, ubi distincti sunt habitus, compellitur ubi vel alibi esse religiosus: sed si recipit habitum novitiorum, potest ad seculum redire.

Idem Ebersi Episcopo.

Uper eo e quod quæsitum fuit de clericis, qui religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem statum sunt reversi: Respondemus, quod si austeritatem religionis, ad quam migrasse noscuntur, servare noluerint, ad minorem religionem sunt cogendi transire: nec amplius in ecclesiis secularibus debent admitti: nec contra votum, quod Domino fecerunt, venire prohibentur. Verum si ante susceptum huiusmodi habitum in probatione positi recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti, non videntur prohiberi ad priorem statum redire, quæ videtur præcipere, ut in eadem veste, in qua veniunt, revertantur.

CAP. X.

Canonicus regularis potest effici Monachus, si religio, ad quam transit, est strictior sua: aliter secus.

Idem Ambianens. Episcopo.

Ande de canonico f. qui in ecclesia Aromaten. professionem fecerat, & fugerat ab eadem, in Monachum, à quodam Abbate recepto: Id tuæ fraternitati significamus, quod si locus ubi nunc permanet, majoris religionis, quam ecclesia Aromaten. g. existat, ipsum in eodem loco eum pura conscientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem ecclesiam redire compellas.

a Crovaten. al. desideratum inscriptio in Codic. Barbat. & aliu. b Post conc. Lat. p. 21. c. 1. & c. 2. eod. tit. in 1. comp. c aliqua. d oblat. e Ca. 9. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 21. c. 2. f Ca. 10. eod. tit. in 1. comp. & post concil. Lat. p. 20. c. 29. g existit.

CAP. XI.

Minor xv. annis, proficendo non obligatur religioni, nisi factus major ratum habuerit.

Idem Belvacens. Episcopo.

Significatum a nobis: [ 1 & infra.] Mandamus, quatenus si inveneris, quod G. non fuisset à parentibus oblatus, & intra xv. annum facti voti poenitens, à religione recefferit, ab illo voto professionis, quod fecit, denunciis absolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatus, seu xv. annum compleverit, cum religionem intravit, seu post decimum quartum annum professionem à se prius factam, ratam habuerit: eum ad eandem vel ad aliam religionem transire compellas.

[ 1 Et pro certo monstratum, quod G. nondum incipiens esse xv. annorum, timore magistri qui eum literis erudiebat, habitum religionis apud ecclesiam de Rossen. suscepit, & inde sicut puer infra annum recessit, & per seculum vanitatem jam sex annis, & eo amplius vagabundus discurrit. Vnde quoniam huius rei veritas nobis non constat, s. t. per Apof. sed. pra.]

CAP. XII.

Si filia minor xv. annis à parentibus monasterio tradita, major facta sponte veletur, ad seculum redire non potest.

Clemens III.

Cum h. virum: [ 1 & infra.] Vtrum ea quæ intra discretionis annos à parentibus monasterio tradita, habitum religionis induens, benedictionem accepit, & exiens postmodum se cuidam militi copulavit, ad monasterium redire cogatur: Consultationi tuæ taliter respondem. quod cum juxta concilii Toletani c. censuram, Monachum aut paterna devotio, aut propria professio faciat: quicquid horum fuerit allegatum d. tenebit, revertendi ad seculum aditu penitus interdicto. Non enim videtur illa monastica professionis à se posse jugum excutere, cum eam non constet evidenter contraxisse, cum benedictionem accepit, quam non nisi in ætate discretionis recipiunt quæ velantur, præsertim si rati habitatione secuta e (etsi eam quandoque contraxisse constiterit) quod antè gestum fuerat, roboratur. Nec obloquitur quod de præd. nost. Leonis Papæ constitutione per contrarium sensum sumitur f. ut puella, quæ coactæ parentum imperio virginitalis habitum susceperunt g. ipsum possint sine prævaricatione deserere: cum de ea rectè h. possint intelligi, quæ in ætate nubili noscitur constituta: tunc enim quia liberum habet arbitrium, in electione propositi sequi parentum non cogitur voluntatem.

[ 1 Te prudentem noverimus & discretum, & si in aliquibus dubitas, constium a nobis sollicitudine pastoralis requiræ, & tibi de jure canonico quod possumus respondemus, & prudentiam tuam digni in Domino laudibus commendamus. Curas siquidem tuas nobis insinuatione proponere.]

CAP. XIII.

Vales professio facta sine susceptione habitus religionis.

Idem.

Prorectum i nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. Canonicus Archerontinus infirmitate gravatus, votum, ut fieret Monachus, se adserit emisisse: unde meruens ne voto decederet non completo, junctis manibus tibi se reddidit in Monachum, & in fratrem: [ 1 & infra.] Inquisitioni tuæ taliter respon. quod cum

a Cap. 11. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. par. 50. c. 10. b Ca. 3. eod. tit. in 2. comp. c id est, Conc. Toletan. IV. ca. 48. d Allegatum, legitur in conc. & in omnibus manuscriptis, quam lectionem hic etiam agnovit Hostiensis in Cod. Barbat. periculosus punctu ita distinguitur, quæquid horum fuerit allegatum, tenebit: quod exponit Hostiensis. e sequente. f assumitur. g receperunt. h Dilectio recte, deest in vetustioribus. i Cap. 4. eodem titul. in 2. compilat.



Monachum non faciat habitus, sed professio regularis: ex quo à convertendo votum emittitur. & recipitur, ab Abbate talis ut fiat Monachus, ut reddat Domino, quæ promissit, erit utiq; compellendus.

[ 1 Alii quoque in tua absentia in sacerdotum manibus Monachos se fieri devoverunt, jam facti, ad vomitum redierunt, & cum familiariter monasterii tui antea extitissent, pro eo quod non sunt ad familiaritatem antiquam admitti, adversarii facti sunt, pro amici. Mirum ergo eorum talium saltum disimulare valeat ne fiant deterriores, an sint ad promissa solvenda compellendi, per nos postulas edoceri. Nos igitur.]

CAP. XIV.

Si pater se cum bonis suis & filio impubere obtulit monasterio filius factus major, exire potest religionem, & legitimam à monasterio petere.

Celestinus III.

Cum a finis: & infra. Sanè nostris auribus est relatum, quòd cum B. miles, se cum filio suo discretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem: [ 1 & 7.] Discretionis tux taliter respon. quòd si dictus puer ad annos discretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, si ad hoc induci nequiverit, non est à ulatenus compellendus: quia tunc liberum sibi erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione proveniunt, postulare.

[ 1 Cumq; ipsi puero disciplina monasterii propter asperitatem regula displiceret, & infra spacium X. hebdomadarum à monasterio & habitu taliter suscepro respiciens, bona patri ab Abbate illa cepit cum instantia postulare, & cum super hoc ad dioces. Episcopum quæstio lata fuisset, & contra eo aliquandiu disputatum: quia plerique dissentire de rigore canonum videbantur, si consanguines pueri prædicti possent testibus comprobare, illum quando suis oblatu infra annos discretionis existeret, ipsum tali voto nullatenus obligari: dictus Abbas ad Maguntina sedis audientiam appellavit, & quidam ex consanguineis ejusdem pueri ad Romanam ecclesiam appellationem, sicut ex literis Augen. Episcopi comperimus, transulerunt. Ideoq;.]

CAP. XV.

Furius proficendo non obligatur, nisi factus sana mentis ratum habuerit.

Innocentius III. Episcopo & capit. Tar-giln. c

Sicut d tenor literarum: [ 1 & 7.] Consultationi vestre taliter respond. quòd licet ista duo inter se repugnantia videantur, ut quisquam scilicet sit extra se positus, & de presentis vita desperet: si tamen eo tempore quo P. sacerdos lator presentium positus extra mentem e adseritur, indutus fuit habitu monachali, cum alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eum denunciatis ab oblatione monastici ordinis absolutum: nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem.

[ 1 Vestrarum nobis aperuit, cum P. lator presentium in sacerdotali esset officio constitutus, & tanta rerum temporalium indigentia laboraret, quòd nec sibi, nec suis progenitoribus, seu fratribus in necessitatibus propriis possent aliquatenus providere: proprii corporis laboribus & maris periculis multum se non dubitavit exponere, ut de suo labore & acquisitione honesta suam & suorum possent indigentiam relevare. Contigit autem post hoc quòd ipse longe à civitate consistens, tam gravi capiti agitudine laborare, quòd extra se positus desperaret de vita presentis, & dum in tali esset articulo con-

a Cap. 5. eod. tit. in 5. compil. b al. ita: non est ad hoc ulatenus, &c. c Gargiln. al. Targen. al. Argem. d C. 1. eod. tit. in 2. compil. ubi est integra clausula. vid. Barb. consil. 60. e aliis, ita: positus extra mentem, ut asseritur.

stitutus, à quodam simplici Monacho indutus fuerit habitu monachali, & ad monasterium deportatus. Deinde pauci dies elapsi cum jam in principio esset sue convalescentia, de posuit habitum, & de licentia ejusdem loci Abbatis; monasterium dereliquit, & cupiens progenitorum suorum indigentiam providere, à nobis suppliciter postulavit, ut post se prius in sacerdotali officio ministrare, & robisum pariter convertere. Quid autem super his vobis fuerit faciendum, sacro Apostolica sedis oraculo, humiliter edoceri petivim. Nos igitur.]

CAP. XVI.

Professione fieri, nec recipi debet intra tempus probationis, sed facta & recepta tenet. hoc dicit, & est casus notabilis, & quæstio allegatur.

Idem Pisano Archiepiscopo.

AD Apostolicam sedem a: [ 1 & infra.] Quam Monachum faciente unius anni probationem, regularis institutio interdicit: [ 2 & infra.] Quæstionibus tuis taliter respondemus, quòd licet tempus probationis à sanctis Patribus sit indultum non solum in favorem conversi, sed etiam monasterii, ut & ille aperitatis situs, & istud mores illius valeat experiri: quod utruq; diligenter est observandum, præsertim cum ab utroque de reliquo facta b certa notitia non haberet) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is, qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se vel per alium professionem recipiente monasticam, & monachalem habitum concedente, uterque renunciare videtur ei, quod pro se nocitur introductum: ideoque obligatur e per professionem emissam pariter & acceptam ad observantiam regularem, & verè Monachus est censendus: quia multa hæc prohibentur, quæ si facta fuerint d, obviunt firmitatem. Prohibendum est autem e Abbatibus ne passim ante tempus probationis quolibet ad professionem recipiant: & si contra formam præscriptam quolibet indiscretè receperint, animadversione sunt debita corrigendi: cum in subsidium fragilitatis humanæ spacium probationis sit regulariter institutum.

[ 1 Que disponente Domino cunctorum fidelium mater est & magistra, super diversis articulis quæstione dubia referuntur, ut quod ab ea fuerit super eorum solutione responsum, indubitanter ab omnibus teneatur. Ex parte siquidem tua tales inper suscepimus quæstiones, quòd.]

[ 2 Monachi & moniales in tua diocesi constituti, tam clerici quam laicos utriusque sexus, sanos pariter & infirmos, religionem habitum volentes assumere, nunc etiam aliquo proficente, interdum absque omni professione recipiunt, quandoque professionem suam facientes. Unde multa mala cognoscuntur sæpius provenire, cum infirmi ad monasterium jam translati, & emissa professione postquam de infirmitatibus convalescerint, habitum religionis abiciant, & ad propria revertantur. Contingit etiam tales in propriis domibus remanere, cum Monachi per eos domum suam, velant sua monasteria pragrari: sana facti etiam sic sine probatione recepti retrò assistentes, matrimonia contrahunt relicto habitu regulari: de quibus si habitum religionis assument, ante unius anni probationem vel temporis competentis, utrum facta professione à talibus vel omnia Monachi debeant reputari, & si conjugatus converti desiderant recipiendus sit in Monachum, nisi uxor perpetuam continentiam re-promittat, certificari à sed. Apost. postulasti. Nos igitur.]

a Ca. 2. eod. tit. in 3. compilation. ubi est integra clausula. vid. concilium Tridentinum Sess. 28. tit. de regul. ca. 17. ex quo cessant dubia text. & gloss. b Dicitur, facta, dicit in omnibus antiquis exemplaribus. c Concil. Tridentin. Sess. 27. tit. de regul. ca. 15. oppositum definit. d Dicitur, roboris, dicit in antiquis, sed ab alio additur. e Item dicitur dicitur, autem, quam habet Cod. Barb.

Qui professionem fecit, licet in claustrum nunquam permanserit, sed in seculo, & suo bono usus fuerit, ad observantiam regularem compellitur.

Idem (Aconen.) Episcopo a.

Sicut nobis fuit b. propositum, quidam clericus, cum sagritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans habitum canonicorum regularium petiit, & accepit, sed nec ad ecclesiam transiit, nec bonis suis uti cessavit, videntibus & scientibus Episcopo & canonicis ecclesie Nazaren. d. a quibus habitum susceperat regularem: [ 1 & infra. ]

Fraternitati tuae taliter respondem, quod si regularem habitum se postulante suscepit, & ad observationem religionis canonicæ sua se professione ligavit: ad resumptionem habitum ecclesiasticæ est districtio cogendus, cum quod tanto tempore extra canonicam manit e, non in executione eius, sed in majoris transgressionis augmentum merito valeat allegari.

[ 1 Tu, licet eo tempore quo habitum susceperat in ecclesia Nazaren. prioris facultatem exereret, immemor coram qua facta fuerat, in Aconen. ecclesia eum in canonicum suscepisti. Quia vero quæ super hoc facere debeas per nostras literas postulas edocui. ]

## CAP. XVIII.

Tanti religiosus zelo sanctioris vite ad religionem transire stricte, perita prius licentia prelati sui, licet non obtenta, etiam si prius monasterium sit privilegium, atque, quod de illo ad aliud etiam artem transire non possit, hoc dicit. Et est casus notabilis, & quodammodo allegatus.

Idem Priori & conventui Dimontensi f.

Icet quibusdam g. Monachis & canonicis, nec non hospitalariis & templariis a sed. Apostolica sit indulgentum, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsis in vitis arctioris etiam religionis obventu transire, ut unusquisque secundum \* Apostolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus. Quia tamen ubi Spiritus Dei est, ibi libertas: & qui Dei Spiritu aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita h. iusto: ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate levitate in iacturam vel injuriam sui ordinis sub pretexto majoris religionis, ad alium ordinem transvolaret, sicut frequenter a multis constat esse præsumptum: non quidem ut ei transiendi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandam, ut non fictè, sed verè ad frugem melioris vite valeat transmigrare. Talis ergo postquam a prelato suo transiendi licentiam postulaverit, ex lege privata (quæ publicæ legi præjudicat) absolutus, libere potest sanctioris vite propositum adimplere, non obstantes prerogative indiscreti contradictione prelati: quia privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate: cum etiam Romanus Pontifex, qui supremam in ecclesia obinet potestatem, Archiepiscopus & Episcopus a cedendi licentiam ex iusta causa petentibus sine difficultate concedat. Quocirca noverrit universi, quibus huiusmodi privilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transiendi taliter postulantes de iure teneri: quia sicut subditus a prelato cum humilitate & puritate debet transiendi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: sic professio prelati subdito sine difficultate & pravitate qualibet, debet transiendi li-

centia indulgere, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum. Si verò probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem arctiorem aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, superioris est iudicium requirendum: ne fortè Angelus sathanæ in lucis Angelum se transformet. Illa semper regula invariabiliter observata, ut nullus absque licentia Rom. Pont. præsumat occasione quacunq; deferere præsulatum: quoniam sicut majus bonum, minori bono præponitur: ita communis utilitas, speciali utilitati præfertur a. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, & labor quieti. Ad quod utique designandum unigenitus Dei filius Iesus Christus non de Rachele, secundum carnem natus est, sed de Lia: nec legitur eum in domum suam Maria recepisse, sed Martha. Unde quando potest Episcopus prodesse pariter & præesse non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. Cum ergo R. Monachus vester ad fratres Cisterciensis ordinis transmigraverit, non ut ordini vestro aliquatenus derogaretur, sed ut apud eos vitam duceret arctiorem: mandamus, quatenus super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis: quia charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.

## CAP. XIX.

Coniuges religionem profitendo ab invicem divertere possunt, aliter si se abjurant, & non continent, illicitum est iuramentum.

Idem proposito, & Decano, & Scholastico, Demeren. Colon. diocesis b.

Veniens c. ad Apostolicam sedem G. mulier suppliciter nobis insinuatione monstravit, quod cum matrimonio cum E. in facie ecclesie contraxisset, & diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos: in tantum, ut quod deinceps d. alter non requireret alterum, uterq; corporaliter præstitit iuramentum: hanc vir ipse divortii causam adsignans, quod quandam ipsius mulieris amitam cognovisset antequam eam duceret in uxorem: quod licet adfererent quamplurimi, non fuit super hoc ecclesie facta fides. Cum autem postmodum ad secunda vota convolasset uterque, secundo viro viam universæ carnis ingresso, priore superstitite, dicta mulier se fecit in arcto loco ad poenitentiam agendam includi, postulans ut ei dignemur impendere consilium salutare. Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum iuramentum: mandamus, quatenus præfatum virum monitione prævia e. compellatis, ut ea, quam superduxit, exclusa, præfata mulierem recipiat, audituri postmodum si quid fuerit quaestionis. Si verò contra matrimonium nihil fuerit ostensum, & vir seculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentiam tribuatis, ut & illa possit in suo proposito remanere.

## CAP. XX.

Qui ad monasterium convertitur sumendo habitum novitii, potest intra tempus probationis redire ad seculum, nisi appareat eum vitam voluisse mutare omnino.

Idem Abbati de Assigien. & Magistro R. & G. Canonicis Trajecten.

Consulti f. sumus frequenter a multis, utrum is, qui monasterium ingressus est, habitum sumendo novitii, si ante professionem emissam intra tempus probationis exire voluerit, licitè possit absque apostata nota vel

a Aldenen. b Ca. 3. eod. tit. in 3. compil. c Et recuperanda sanitate desperatus. d Nexoren. e Religiosus contra bonum obedientiam non potest prescribere. vid. l. i. C. de serv. fugit. f Dimontensi. al. de Mend. al. Duboclen. al. Dimonten. g Ca. 4. eod. tit. in 1. compil. h 1. Corin. 7. 2. Corin. 3. h impoita. i Vid. B. Thom. 2. 2. q. 15. art. 4.

a Vid. l. actione. 6. labeo. in vers. eo tempore. ff. pro sacro. gl. in l. 1. & ibi Bart. ff. solut. matr. b al. Miren. al. Moren. sed us plurimum in antiq. legitur de Miren. c Ca. 6. eod. tit. in 3. compil. vid. Turicremat. in c. quod deo part. 33. q. 5. & Sor. 4. sen. dist. 27. q. 1. art. 4. d quod ut deinceps cogatur. e premissis. f C. 7. eod. tit. in 3. compil.

noxa a, præsertim cum debita morum correctione, ad seculum remeare. Licet autem super hoc senserint diversi diversa, nos tamen credimus distinguendum, utrum is, qui convertitur, proposuerit absolute vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demum si [infra annum] sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam: aut si forte non placuerit, moribus emendatus b ad statum revertatur pristinum. In primo casu debet, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad seculum, non tamen ut vivat seculariter, remeare. Vtergo, quæ sit ejus intentio plenius agnoscat, propositum suum in principio protestetur.

## CAP. XXI.

*Qui intra annum probationis non facta professione redit ad seculum, licet potest ad ordines & beneficia promoveri.*

Idem.

**P**ostulasti: & infra. c Tertio quaesivisti, utrum illi, qui in annis minoribus constituti novitiorum habitum susceperunt, & intra annum postmodum non facta professione, ad seculum sunt revertendi, & Episcopis suis hoc scientibus ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesiis ministrare, in quibus sunt ab eisdem Episcopis instituti. Nos frat. tua taliter respondit, quod propter hoc non sunt ab ecclesiis ipsis amovendi, sed in eis possunt liberè ministrare.

## CAP. XXII.

*Qui ultra annum portat habitum monachalem in monasterio, ubi sunt habitus indistincti, censetur professus.*

Honorius III. Venet. Episc.

**E**x parte tua fuit propositum, quod nonnulli sunt, qui licet pluribus annis gestaverint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt. Unde cum super eo, quod habent proprium, & alias irregulariter vivunt, a te vel ab aliis arguuntur: non erubescunt dicere, se ad carentiam proprii & continentiam, ac alias regulares observantias non teneri, quum habitum non faciat Monachum, sed professio regularis: [1 & infra.] Ideoque fraternitati tue mandamus, quatenus quolibet tibi lege diocesana subiectos, qui prædicto modo terram duabus viis ingredi non verentur: ut postquam per annum gestaverint habitum monachalem, regulam secundum formam ordinis profiteantur & servent, ecclesiastica censura compellas.

[*Quare super his Apostolicum remedium postulasti, cum in ordinata prævaricatione hujusmodi non solum eis periculum, sed etiam scandalum inferat mentibus aliorum.*]

## CAP. XXIII.

*Intra probationis annum liberè qui redit ad seculum, nisi professionem fecerit tacite vel expresse, vel appareat eum vitam mutare voluisse, hoc primo. Secundo dicit, quod ad hoc ut agnoscantur novitii a professis, debet habitus professorum benedici in locis, ubi habitus non est distinctus.*

Gregorius IX.

**S**tatuimus novitios in probatione positos ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit, vel ante professionem emissam ad priorem statum redire posse liberè intra annum: Nisi evidenter appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deservire. Cum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Nihilominus statuentes ad omnem ambiguitatem

a Vid. Alc. 4. de verb. sign. Corn. Front. lib. de diff. ait: noxa parva: noxia culpa. b emendatus. c Ca. 1. eod. tit. in 4. comp. primam quaestionem habes sup. de foro compet. postulasti. secundam infra, de homicid. postulasti. vid. concilium Trident. in isto præcedentis Can. citatum. Pro intellectu hujus Can. vid. B. Tho. 4. Sent. diff. 18. q. 3. art. 3.

penitus amovendam, quod cum in quibusdam locis religiosis novitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum: professionis tempore benedicantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, ut novitiorum habitus a professorum habitu discernatur.

## CAP. XXIV.

*Religiosi fugitivi annuatim sunt requirendi, & cogendi ut ad monasterium revertantur.*

Idem.

**N**e religiosi vagandi occasionem habentes, salvis propria detrimentum incurrant, & sanguis eorum de prælatorum manibus requiratur: Statuimus, ut præfidentes capitulis celebrandis secundum statum concilii b generalis, seu patres, Abbates, seu priores fugitivos suos, & ejectos de ordine suo, requirant sollicitè annuatim. Qui si in monasteriis suis recipi possunt secundum ordinem regularem, Abbates seu priores eorum monitione prævia c per censuram ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salva ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra provideant, ut apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus ejusdem ordinis ad agendam ibi penitentiam, talibus vita necessaria ministrantur. Si vero hujusmodi fugitivos vel ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent, & tandem faciant ad ecclesiarum prælati excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

DE CONVERSIONE CON-  
JUGATORUM.

TITVLVS XXXII.

## CAP. I.

*Si vir de uxoris licentia proficitur, & uxor ipsa sustinet a nec continentiam voverit, nec religionem ingreditur, Episcopus uxori ritibus restituat, b. d. juxta literam.*

Alexander III. Vbergen. d. Episcopo.

**P**raterea e utrum laicus uxoratus, qui præfentibus sacerdotibus & Monachis ignorante Episcopo, & licentia & permissione uxoris, monasterium ingressus, professionem fecit, uxore in seculari habitu remanente, nec transiente ad religionem, aut perpetuam continentiam vovente, ab Episcopo suo possit ad totam revocari uxoris, an illa compellenda sit continentiam observare? Dicimus quod nisi uxor ad religionem transierit, aut perpetuò castitatem servare promiserit, vir potest & debet de monasterio revocari.

## CAP. II.

*Ante matrimonium consummatum potest alter conjugum, etiam altero invito, ad religionem ingredi: sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.*

Idem Ealerniano Archiepiscopo.

**V**erum post f. consensum legitimum de præfenti, licitum est alteri altero etiam repugnante eligere monasterium: (sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eos: & alteri remanenti (si communitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia quum non fuisset una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.

a Dicitur, habitus, deest hic in pluribus exemplaribus. b Later. sub Innocent. III. c. 22. c præmissa. d al. Vbergen. al. Helten. al. Vercell. e Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. & post. Conc. Lateran. sub Alexand. III. par. 3. c. 5. f Ca. 2. eod. tit. in 3. compil. & post. Conc. Later. p. 3. c. 7.

CAP.

CAP. III.

Quis invitata uxore professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortua uxore ad monasterium redire: matrimonium contrahere non debet.

Idem Pisano Episcopo.

Quidam a intravit monasterium invitata uxore: qua ipsam repente, coactus est ad eam redire: ea mortua, quaeris, an ipse cogatur reverti ad monasterium, an aliam possit ducere in uxorem? Consult. tux taliter respondemus, quod votum non tenuit: unde ratione voti ad monasterium non tenetur redire: ulterius vero non poterit uxorem accipere, promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quo ad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in eius, sed mulieris potestate, unde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulieris.

[Quia cum vir & uxor una caro sint, sicut docet Apostolus, non possit unus ad Deum converteri, & alter in seculo remanere.]

CAP. IV.

Uxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam uxor ingreditur, vel nisi suscepta non sit, & continentiam promittat. h. d. Eff. v. ca. de principalioribus tit.

Idem Exonen Episcopo.

Uxor si praeditus scientia literarum b, ignorare non debet sanctorum Patrum constitutioni esse contrarium, ut vir uxore sua, aut uxor viro eius non assumant religionis habitum, debeat ad religionem transire: [1 & infra.] Inde est quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in Episcopatu tuo virum vel uxorem (nisi uterque ad religionem migraverit) transire permittas. Verum si ita uxor senex est & sterilis, quod sine suspitione possit esse in seculo, dissimulare poteris, ut ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir ejusdem.

[1 Ad monasterium converti desiderans prohibetur suscipi, nisi uxor ejus pariter convertatur. Nam cum unum utrorumque copula possit conjugii copulationem sit factum, incongruum est partem converti, & partem in seculo remanere: nec recipitur apud Deum illius viri conversio, cuius sequitur conjugalis federis profectio. Cum igitur ceteris clericorum longe praeminet ceteris Monachorum, ita ut aliquando bonus Monachus vix bonum clericum faciat.]

CAP. V.

Conjugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi uxor continentiam promittat.

Idem Strigon. c & Colonen. Archiepiscopo.

Conjugatus d: [1 & infra.] Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus: Nisi ab uxore continentiam proficiente, fuerit absolutus.

[1 Ad monasterium converti desiderans.]

CAP. VI.

Uxoratus in Episcopum promoveri non potest, nisi uxor religionem proficiatur.

Idem eisdem.

Sancti si conjugati e consenserint ordinari, uxoris voluntas prius est requirenda: [1 & infra.] Frat. v. auctoritate Apostol. prohibemus, ne uxorum praesumptio in Episcopum ordinare, nisi uxor prius professsa continentiam, sacrum sibi velamen imponat, & religionem vestem assumat f.

[1 Uxorestrato mansioni cubiculo religione promissa, postquam pariter conversi fuerint, ordinentur. Quod si in quibuslibet

a Ca. 3. eod. tit. in 1. compil. & post conc. Lateran. part. 5. c. 2. b Ca. 4. eod. tit. in 1. comp. & post. Conc. Lat. p. 5. c. 3. c Strigonens. al. Coloniens. al. Caloc. d Ca. 5. eod. tit. in 1. comp. & post. Conc. p. 3. c. 6. e Ca. 6. eod. tit. in 1. compilat. & post. Concil. Later. p. 3. c. 7. f In aliquis impressis ita: & religionem vestem ad vitam assumat.

ecclesiasticis gradibus providenter, sileturq, curandum est, ut in domino Dei nil sit inordinatum, nihilq, praeposterum: multo magis laborandum est, ut in eius promotione qui super omnes gradus continetur, ne erretur. Inde est quod.]

CAP. VII.

Spontanea de presenti non cognita, qua dicit se velle religionem ingredi, compellitur intra certum tempus profiteri.

Idem Brixien Episcopo.

Ex publico a instrumento nobis innotuit, quod cum Veronen. Episcopus causam matrimonii, quae inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandam, judiciali sententia matrimonium approbavit, & eidem mulieri praecipit, ut ad virum rediens, exhiberet eidem conjugalem affectum: quod cum tenuerit b, fuit vinculo excommunicationis adstricta. Ceterum quia licet a praefato viro desponsata fuit, adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: mandamus, quatenus si praedictus vir ipsam carnaliter non e cognoverit, & eadem ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficiente cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spacium debeat, ipsam a sententia, qua tenetur, absolvas, ita quod si ad religionem transierit, uterque restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse: [1 & infra.] Sanè quod Dominus in Evangelio dicit, non licet viro d, nisi ob causam fornicationis, uxorem suam dimittere, intelligendum est, secundam interpretationem sacri eloquii, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari e non potest.

[1 Et vir ipse ea religionis habitum assumente, ad alia vota licentiam habeat transuendi.]

CAP. VIII.

Summa ut sup. eod. cap. cum si.

Idem Priori & Fratibus sancti Ioannis.

Uxoratus sine licetia uxoris inter vos nullatenus recipiatur, nisi quae integra opinionis existat, ita quod nulla merito suspicio habeatur, eam ad secunda vota vel migrare, vel quod minus continenter debeat vivere: quae si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publice in conspectu ecclesiae continentiam professsa, in domo propria cum filiis suis & familia poterit permanere. Si autem talis fuerit, quae suspitione non careat, voto continentiae celebrato, a secularium hominum se conversatione removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum, mulierem aliquam tonsurare, vel ad habitandum secum praesumat adlumere.

CAP. IX.

Conjugatus faciens professionem uxore consentiente, licet nunquam intravit monasterium, si mortua conjugate, cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monasterium intrare compellitur.

Urbanus III. Priori sancti Crucis.

Ex parte g Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram pervenit, quod cum D. in infirmitate positus consentiente uxore votum vovens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus, uxorem retinuit, & aliam ea defuncta sibi temere copulavit. Quia vero licet praedictus D. uxore sua remanente

a Cap. 7. eod. tit. in 1. compil. Et post concil. part. 5. ca. 8. Vid. Turresmatam in ea sunt qui dicunt. 27. qu. 2. & Scorum lib. 4. sent. distin. 27. q. 1. art. 4. b Remerit. c Cognovit. d Conc. Trident. sess. 24. tit. de sacram. matri. ca. 6. & 7. Matth. 5. & 19. e Confirmari. f Ca. 8. eod. tit. in 1. comp. & post. conc. Lateran. part. 5. ca. 9. Vid. quos citavi eod. in ca. conjugatus. g Ca. 2. eod. tit. in 2. compilat.



in seculo de iure ad religionem nequiverit proficisci, ea tamen sublata de medio, vorum sine salutis suae periculo non potuit violare: mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, praedictum D. per excommunicationem compellas, ut muliere dimissa ad suum monasterium revertatur, sub regulari habitu de caetero Domino serviturus.

CAP. X.

Professus religionem uxore sciente & dissimulante, ea mortua, ad seculum redire non potest. hoc dicitur, secundum intellectum veriorum & singularem in materia.

Clemens III. a

Consultuit nos b G. sacerdos, utrum vir ad religionem transiens, & in ea per annum & amplius moram faciens, uxore sua postquam ad domum transferat regularem de praesenti vita sublata, secularem habitum retinere valeat, & aliam ducere in uxorem, vel si ductam ei liceat retinere. Consultationi huiusmodi taliter respondemus, quod praedictus vir nec habitum potest abjicere, quem adsumpsit, nec aliquam sibi matrimonio copulare c. Quod si contraxerit, matrimonium ipsum decernimus dirimendum.

CAP. XI.

Coniunx, qua continentiam voruit, tenetur reddere debitum conjugii, licet ad tempus voto consenserit.

Celestinus XII.

Charissimus d: [ i & infra. ] Fraternitati vestrae mandamus, quatenus si inveneritis uxorem Regis ( a Suevia ) gravi infirmitate depressam, continentiam voruisse, & virum ejus ad tempus praebuisse consensum, maxime si non idem vir continentiam vorit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & utrunque invicem maritali affectione tractate.

[ i In Christo filius noster L. Illustris Rex Scotorum, Apostolatus nostro litteris & nuncio humiliter nunciavit, quod cum esset adolescens, & dilecta in Christo filia uxore ejus juvenula, mutua fide & voto contrahendi legitimum matrimonium se adstringentes, invicem suam consensum, accedente voluntate parentum, ararium donatione roboraverunt: postmodum vero bo. me. D. patre suo ab inimicis occiso, cum nimia bellorum adversitate premeretur, & habito cum hostibus suis congressu, viduus fugatus fuisset, quia timebat ne ipsa sponsa ab inimicis per violentiam raperetur, & alia similia ei non inveniretur in regno, quam sibi posset matrimonialiter copulare. De suorum & ejusdem sponsa parentum consilio saltum est, quod in conventu sanctimonialium habitum monasticum, sine proposito perpetualiter retinendi, suscepit, & ibidem per aliquot annos moram fecit, ne quid injuria ab inimicis pateretur: quam cum pace reddidit, & obtento de inimicis triumpho, solemniter duxisset eum grandi exultatione in uxorem, & ex ea filium & filias suscepisset, inimicorum de communi assensu & electione Principum terra sua in regnum sibi instituit successorum: procedente vero tempore, praedicta uxor gravi infirmitate correpta, cum se de hac vita crederet decessuram, timore mortis indulta, continentiam voruit: cui cum Rex ipse nolle eam contristari, concessit ad tempus, tunc autem se continere non posse proponit, & quod licite posse fieri arbitrat, & ad totum uxoris suae redire cupit, & ad repraesentandas amulorum detractiones & obloquia, petiit a nobis ei dari in mandatu, ut uxorem suam aut nostra maritali affectione pertractet, non obstante voto continentiae inductae ab ea emisso, & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia super his ad plenum non potuimus elicere veritatem, frater. vest. decisionem horum canonicam duximus committendam, per Apostolicam sedem m. g. super his inquiratu diligentius veritatem: & si vobis constiterit, quod praedicta mulier primo fuerit inter montales recepta timore violentiae ac rapinae, & propositum se habuisse nubendi profitebatur, cum inter eas

a Celestinus. b Ca. 2. eod. tit. in 2. comp. c alia: in matrimonium copulare. al. ita: in matrimonio copulare. d C. 3. eod. tit. in 2. comp. e Scotia. al. Suevia.

moram faceret, praesertim cum postmodum in sacra ecclesia publico Regi nupsisset, & usque ad hoc tempus cohabitans, filios ex eo suscepit, eam denunciatus praesato monasterio non tenens: non enim factum illud matrimonium potest contrarium dirimere: & si forte posset matrimonium contrahentium impedire. De secundo vero casu.]

CAP. XII.

Si alter conjugum altero ignorante religionem proficitur, & post hoc de monasterio educitur, illo mortuo, ad monasterium redire non cogitur.

Idem.

Placet a nobis: [ i & infra. ] Sollicitudo tua nos consuluit: utrum mulier, qua credens mortuum maritum, habitum religionis adsumpsit, & eo reverso, de monasterioeducta fuit, post obitum viri sit ad regularem observantiam compellenda. Super quo respondemus, quod licet votum ejus usquequaque non tenuerit, tamen tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare, promissit enim intrando monasterium se non exaeturum carnis debitum b, quod erat in potestate ipsius: redire vero ad seculum, in ejus potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam, tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desit: cum ad eum casum, a quo poterat efficax habere principium, pervenisse noscitur. Consultuit itaque dicitur, & e congruentius ad salutem, ut ad monasterium redcat, ubi bona ducta intentione, professionem fecit & habitum religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, ipsam invitam credimus non cogendam.

[ i Et tuam prudentiam commendamus, quod in causis dubiis sed. Apostol. consilium requiris, licet praedictus suscipiens litterarum, ad matrem tuam Ecclesiam Romanam idcirco devote recurru: ut habita super hoc quod dubitas responsione, condegnam quoniam in similibus formam servare debeas, evidentiter cognoscis, per. d. h. G. Decanum Catalan.]

CAP. XIII.

Summa ut supra eod. cap. cum sis. Innocentius III. Pisano Archiepiscopo.

Ad Apostolicam sedem c: & infra. Cum autem vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem effecti: nec una pars converti possit ad Dominum, & altera in seculo remanere: profectio non est alter conjugum recipiendus ad observantiam regularem, nisi reliqua perpetuam continentiam promittat: sed & vitium debet mutare, nisi forte sit ejus etatis, ut sine suspitione continentiae valeat in seculo remanere.

CAP. XIV.

Ter religionis professionem, non per propositum castitatis servando in seculo, dissolvitur sponsalia de praesenti.

Idem d. Lugdunensi Archiepiscopo.

Ex parte tua est intimatum e, quod cum quaedam mulier velum viduitatis coram duobus Abbatibus adsumpsisset, benedictione solemni, cum celebratione missae ac litaniae (sicut debuit) accedente, quidam nobilis proponebat se prius mulierem ipsam medianibus interunciis per verba de praesenti arra etiam intercepta desponsasse: [ i & infra. ] At illa se in illum confen-

a Ca. 4. eod. tit. in 2. comp. Vid. Turresem. in c. servatum. 21. & late hic Henric. Borch. & Magist. sent. l. 4. dist. 31. s. hic quarit. b Vid. Scotum 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 1. & 3. c Ca. 2. tit. de regularibus, in 3. comp. Vid. Turresematum in c. sicut qui dicitur. 27. q. 2. & Ancharanum in c. tua nos. De jurjurando, d Lundan. e Ca. 1. eod. tit. in 3. comp. De materia vitae quas citat supra, et ca. verum, &c. ex publico.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

filie confessa, dixit, quod audierat, eum esse lepra percussum: & ob hoc eius fuerit abominata complexus: [ 1 & infra. ] Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod etsi possit non in conspectu videri, quod ex quo matrimonium inter legitimas personas, per verba de presentia contrahitur, illis viventibus in nullo casu possit dissolvi, ut vivente relicto, alter ad secunda vota transmigret, etiam si unus fidelium, inter quos est ritum conjugum, fuerit hæreticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris: nisi forte secus heret ex revelatione divina, quæ superat omnem legem: sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum. Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licet alteri conjugum, relicto in conspectu, ad religionem transire, ita quod reliquus extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consilium observandum in articulo prænotato, quamvis falsa sit causa, per quam ad susceptionem veli prædicta mulier est inducitur, cum sine qualibet tali causa id ipsum religionis obtentu facere posuisset. Porro licet prædicta mulier videatur in veli susceptione religionis habitum adsumpsisse, si tamen velit in domo propria remanere, quasi propositum castitatis in seculo servatura, nihilominus consummandum est matrimonium jam contractum: nisi se voto adstrictæ ad observantiam regularem: in quo casu compelli potest, ut relicto seculo, religionis propositum exequatur.

[ 1. An illud quod mulier ipsa velum assumpserat, misit ad eam, ut desponsationem suam carnalis copula sequeretur. Tu vero postquam sui ad tuam audientiam res per lara, in habere curasti ne autem de susceptione negotii se carnaliter commiserent. Postmodum autem à muliere ipsa in tua presentia constituta, quævisisti, utrum veli offerret in illum, & quare ab illo quereret separari. ]

[ 2. Cum autem postmodum per testes idoneos tibi fuerit plenior scilicet scilicet, quod ante susceptionem veli, mutus intervenerat inter ipsos verba de presentia consensus, sedem duxisti ap. consulendam, utrum veli susceptio impediat matrimonium inter ipsos. ]

CAP. XV.

*Maritus factus Monachus, à conjugæ adulterata. revocari non potest.*

*Idem Rudinen. Episcopo d.*

Constitutus est in presentia nostra H. sua nobis confessione monstravit, quod in acolythatus ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie ecclesie duxit uxorem: quam cum carnaliter cognovisset orta discordia inter eum & amicos puellæ, ipsa fuit cuidam filii V. nomine copulata: & tamemoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinasti. Cum autem eum sua continentia remorderet, habitum ordinis Cisterciensis adsumpsit: [ 1 & infra. ] Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, prædictam mulierem, ut à dicto V. recedat, cui per adulterium est conjuncta, nec prædictum Monachum impetret, quo minus regulare votum valeat adimplere, per cens. eccl. cogere non omittas.

[ 1. Tandem Abbatii suo omnia re velavit, qui eum communiat dicitur ut super hoc saluti anime sue provideret. ]

CAP. XVI.

*Uxor non potest repetere maritum, de cuius licentia religionem ingressa, si post ingressum non contrahat, licet ad consentiendum, sed ad dandam licentiam dolo sit inducitur.*

a. Vid. l. cum notissimi. c. de præscripti xxx. an. in rub. c. qui ma. ac. poss. b. Migraret. c. Quia per hæresim non dissolvitur matrimonium. vid. concil. Trident. sess. 24. tit. de sac. matrim. cap. 1. d. Tuden. al. Tudimen. e. Cap. 2. eod. tit. in 3. exempl. Vid. Thorer. in c. dixit Dominus. & ca. conjugio, 22. q. 1. f. in omnibus antiquis, impetret, legitur: in recentioribus, inquisit, habetur.

*Idem Pilsaven. Episcopo, & Abbati de a. Boribard. Pilsaven. dice.*

Veniens ad 6 presentiam nostram L. nobis intimavit, quod cum olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus sacerdotibus presentibus apud uxorem suam instituit, ut super hoc suum impartiretur adfensum: [ 1 & infra. ] Ipsa demum tam ipsius, quam multorum instantium precibus fletibusque devicta, caput ejus altari supposuit manu sua: qui ea presente consuratus, ibidem monasterium adiit, & finito probationis tempore, professionem fecit solenniter Monachalem: illa verò in seculo remanens, inhonestos amatores admisit: [ 2 & infra. ] Quocirca mandamus, quatenus si ita est, prædictum L. in monasterio, quod intravit, perseverare liberè permittatis. licet enim in hoc videatur non modicum deliquisse, quod capiosè adferuit, quia nisi sibi eadem mulier consentiret, tam sibi, quam toti mundo se inutilem redderet, & cum Presbyteros exoravit, ne prædictæ mulieri exponerent, quod eandem relinquere seculum oporteret, si forte licentiam daret viro: ex quo tamen eadem caput viri, altari spontè supposuit, & postmodum non continuit, super revocatione ipsius, non est aliquatenus audienda, cum ipsius intentio exceptione possit commissa fornicationis elidi: maximè cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit rependunt.

[ 1. Eisdem Presbyteris primitus exorati, ne præfate mulierem exponerent, quod etiam ipsam oporteret relinquere seculum si viro suo daret licentiam ad monasterium convolandam. Cumq. ipsam mulierem ne ab eo discederet vice mutua precaretur, ipse asserens, quod nisi ab ea super hoc posset obtinere licentiam, non solum se ei inutilem redderet, sed etiam toti mundo. ]

[ 2. Unde idem L. metuens ne sua continentia illius incontinentia imputetur, an in monasterio debeat perseverare, a nobis consilium postulavit. ]

CAP. XVII.

*Uxor maritum professum repetere potest, non obstante licentia proficendi, ab ea metu extorta.*

*Idem.*

Accedens ad presentiam nostram I. mulier proposuit: quod cum V. vir ejus eam sibi matrimonio copulasset, volens tandem idem vir habitum adsumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito saret ipsius, quæ propter multa verbera, & alia gravamina, quæ dictus vir inferebat eidem, se ipsam adferens dimissuram, adnuit votis ejus. Cumque idem vir in domo de Vader. Cisterciensis ordinis religionis habitum adsumpsisset, mulier in domo monialium, nullo ibi habitu religionis adsumpto vel voto conversionis emisso permansit: processu verò temporis, cum idem vir ad seculum rediens religionis habitum reliquisset, eadem mulier se instantè ab ipso petiit readsumi: [ 1 & infra. ] Quocirca discretioni vestre mandamus, quatenus si res ita se habet, dictum virum, ut eam recipiat, ei que adfectum exhibeat conjugalem; appellatione remota cogatis.

[ 1. Ipse illam recipere penitus contradicens, præter verbera quibus sæpe affecti eandem, sibi plurima convicia & graves injurias irrogavit. ]

CAP. XVIII.

*Uxor professæ, qua dedit vero licentiam proficendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, & non suspecta.*

a. Barudem. aliter Barrubabrud. b. Cap. 3. eodem tit. in 3. compilation. Vid. Secutum 4. sentent. distinct. 27. quest. 1. art. 4. circa finem. c. alia. ita: quod si non sibi eadem mulier, & c. d. Cap. un. eod. tit. in 1. compil. e. Vaden. alia. Vaden. f. co.

Innocentius a III. Episcopo & Decano & thesaurario Lincolnienf.

**S**ignificavit nobis A. mulier, quod cum ipsa F. viro suo coram Decano S. e. Quirici, vices Archiepiscopi Senonen. in hac parte fungente, licentiam concesserit religionem intrandi, continentiam tamen voto eidem injuncto, & recepta fide ab ipsa, quod perpetuo contineret, idem Decanus post factam professionem à viro predicto in monasterio, in quo habitum adsumperat monachalem, adseruit ipsam debere religionem intrare, quamquam id primò non expressisset eidem, & hoc expresso, illi d. licentiam non dedisset: & infra. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, & est talis ætatis, de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentiam observantem, intrare monasterium compelli non permittatis invitam.

## CAP. XIX.

Adulter quam maritus reconciliare non vult, ad agendum penitentiam in aliquo claustrò collocatur.

## Gregorius IX.

**G**audemus e in Domino: & infra. Mulieres vero, quæ relicto maritali toro, lapsu carnis ceciderunt, si mariti earum à te diligentè commoniti, eas ad frugem melioris vitæ conversas noluerint recipere propter Deum, in claustrum cum religiosis mulieribus studèas collocare, ut perpetuam penitentiam ibi agant.

## CAP. XX.

Si conjuges se ad invicem absoluerint, continentiam promittendo, & uterque vel alter eorum religionem profiteretur, alter alterum repetere non potest.

Idem I. monialè, monasterii de Plauda f.

**V**idum à C. laico g. mota contra te (quam uxorem suam dicebat) inateria quæstionis, R. sanctæ M. in comel. Diacon. Cardin. dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerendo proponens, quod indebitè recusabas eidem (cujus uxor eras per consensum de præfenti, & carnis h. copulam subsecutam) matrimonialiter adhzere, te sibi restitui postulavit. Ad quod fuit responsum, quod ipse pro animæ suæ remedio pura & spontanea voluntate, p. sentibus duobus religiosis sacerdotibus, & adhibitis quinque testibus fide dignis, omni juri, quod in te habuerat, renunciavit omnino, resignando illud in manibus alterius ex sacerdotibus supradictis, qui in personam ecclesiæ resignationem hujusmodi recipere procuravit, & quod idem C. se castitatem servaturum promisit, pauperumque hospitali de Ponte obsequio se devovit, promittens voto solenni omnia, & singula supradicta, & tribuens tibi licentiam, ad monasterium transeundi: & versa vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, & jus quodlibet resignante, sicut hæc omnia dicebantur per publicum instrumentum esse probata, manu B. notarii Aretinensis i. confectum. Verum pranominatus C. proposuit, quod casu amisso instrumento & præfato, illud in prima persona, quod prius erat in tertia, insertis pluribus in uno aliter, quam in alio, fuit ab ipso formatum: & cum tibi iratus fuisset, sicut verba & verbera indicabant, pondum calore ita-cundix quiescente, quidam ipsum deceptorie allexerunt, proponentes eidem, quod in hospitali prædicto cibus ad

a Honorius tertius. b Vid. Ludovic. Rom. sing. 674. ut in meo C. incipit: Nos sumus in materia. c Quiriaci. d Illi scilicet viro. e Vid. Ludovic. Rom. sing. 674. ut in nostro Codic. incipit: Nos sumus in materia. vid. inf. de adulter. f Plonca. al. Plonta. g Vid. Turrecromatum sepe citatum, & Scotum 4. fement. dist. 27. quasi. prima, art. 6. & dist. 32. quasi. prima, art. 3. vid. Sylvestrum in summa, verbo, votum 1. h Carnalens. i Aretini. k Vid. Henricum Dorch. & Guad. Pap. decr. 244. incipit, quæstiam in causa.

libitum posset uti, ac proprium retinere, præfato B. sibi nihilominus promittente, quod non solum ardorem, sed etiam appetitum libidinis extingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur, iratus, seductus pariter & illectus, & sub spe promissionis, ac sub ea conditione vel modo, si posset continentiam observare, asseruit a. à se factum. Sed ad ista respondebatur e contra, quod an tabellio in tertia persona instrumentum conficiat, vel in prima (dummodo non mutetur substantia veritatis) nihil interesse videtur. Insuper quamvis aliquando spes memorato C. data fuisset, per quam ad hoc se proposuit b. inductum, eo tamen tempore, quo talia facta fuerunt, purè, simpliciter, ac voluntariè pro amore Dei, & remedio animæ suæ, solummodo ad votum & ad alia supradicta noscitur processisse: c. propter quod à confortio secularium hominum debet discedere, vitamque mutare, cum se illius ætatis esse proponat, ut sine suspitione incontinentie non valeat in seculo remanere. Nos itaque habito F. N. consilio, te ab impetitione dicti C. fententialiter diximus absolvendam, perpetuum illi super hoc intentum imponentes.

## CAP. XXI.

Breve est, sed per alia verba potest sic summari: Post sententiam divortii quo ad torum, latam ob fornicationem spirituales mariti, potest uxor liberè religionem intrare.

## Idem.

**M**ulier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio ecclesiæ separata, ad religionem liberè convolare.

## DE CONVERSIONE IN-fidelium.

## TITVLVS XXXIII.

## CAP. I.

Non potest qui illam habere in uxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris: nec si sine machinatione. Et pulcher, & quoridians casus.

## Clemens III.

**L**audabilem: (& infra.) e Interrogasti de Saracenis, qui dum in captivitate essent, quantèdam Christianorum viros earum infidiis & machinationibus occiderunt, utrum, quia postea per ipsam ad fidem Christianam conversi sunt, eas de jure possint accipere in uxores: vel si duxerint, conjugium teneat eorumdem. Hic Triburienf. & concilii regula contenti sumus, adserentis quòd si in morem ipsorum malitiosè fuerint machinatæ, licet earum studio ad fidem accesserint, nec tamen eis adhzere debent, nec sunt, si adhzerint etiam, tolerandi. cum tale dæmonum tali lucro ecclesiæ compensare non velit. Ad hoc Saraceni quidam, in bello sunt Christianos interfecisse notati: & Christiani similiter Saracenos: postea verb Saraceni ad fidem conversi, uxores eorum, quos in bello certamine occiderunt, sibi matrimonialiter copularunt, & id ipsum Christiani de Saracenis mulieribus, conversi ad fidem fecisse noscuntur, quæ postquam de priorum vitiorum morte competerint h. veritatem, divortium constanter exposcunt. In his igitur respon-

a Al. ita: asseruit esse factum. b Proposit. c Vid. de cum plures. 4. locator. ff. loca. d Vid. Scotum l. 4. sent. dist. 27. quasi. prima, art. 3. e Ca. 2. eod. tit. in 2. compilat. f Decret. g Vid. concil. Triburienf. ca. 40. & cap. 1. sed illi non sunt hæc eodem verba. h Comperunt. demas

demus, quod cum tales non procuraverint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter hujusmodi personas licite potest contrahi, & taliter copulati divortium nequeunt postulare.

CAP. II.

Si alter infidelium conjugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communitis proles assignatur converso.

Gregorius IX. Argentin. Episcopo.

Alteris a tuis accepimus, quod quidam de Iudaeis & cecitatis errore, ad Christum verum lumen adductus, uxore sua in Iudaeismo relicta, in iudicio postulat instantem, ut eorum filius quadriennis assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus e. Ad hoc illa d. respondit, quod cum puer adhuc infans existat, propter quod magis materno indiget solatio, quam paterno, sibi que ante partum oneroso, dolorosus in partu, post partum e laboriosus fuisse vocatur, ac f. ex hoclegitima conjunctio matris & foeminae magis matrimonium, quam patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet convenientius remanere: & infra. Cum autem filius in patris potestate consistat, cuius sequitur familia, & non matris, & in aetate tali quis non debet g. apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicium, quod saluti, vel vitae infidientur b. illius, & puer post triennium, apud patrem non suspectum alii debeat i. uorari: materque pueri, si eum remanere contingeret apud i. eam, post illum adducere ad infidelitatis errorem: in favorem maxime fidei Christianae respondemus patri eundem puerum assignandum.

DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.

TITVLVS XXXIIV.

CAP. I.

Si quis voto eleemosynae redimit, vel in aliud commutari, intercedente superioris auctoritate, & iusta causa redimendi, vel mutandi.

Alexander III. Exonen. Episcopo.

De & peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint, vel pro necessitate in aliud commutari, Respondemus, quod ab ejus, qui praesidet, pendet arbitrio, ut consideret diligentius qualitatem personae, & causam commutationis, scilicet an i. ex infirmitate, seu affluentia divitiarum, an alia causa probabili peregrinatio, an m. recompensatio melior fuerit, & Deo magis accepta: & secundum hoc debet exinde dispensare.

CAP. II.

Communitas Papa votum ultramarinum, in his maxime, qui in parvitate aetate versantur.

Idem Norwicen. Episcopo.

Veniens n. ad nos R. narratione accepimus, quod in puerili aetate constitutus Hierosolymam dispositum prohefici: cuidam quoque, qui sepulchrum Domini proposuerat visitare, fidem dedit, & suam recepit ab eo, quod sibi invicem in via focii fideles existant: i. & infra. Nos autem ipsum a voto, quod in aetate tenera facilitate potius, quam ex arbitrio discretionis promissit, absolvimus: ita tamen: quod idem votum eleemosynis redimat, & juxta consilium o. nostrum, to-

a Vid. B. Th. 4. sent. dist. 39. q. 1. art. 4. ad 4. agrum. b Praxi. c Produendus. d Al. ad quod al. & c. e Ac p. p. p. p. p. p. f Ac per hoc. g Debeat apud illas, & c. h Infidelitatem. i Ipsam. k C. 1. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. sub Ale. III. p. 31. c. 3. l Aut. m Aut. n Al. pervenient. Vid. c. 2. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 10. c. 15. o Al. vestram, quam laetationem olim impugnavit Hostiensis.

to vitae tempore uni pauperum Christi (dummodo ad hoc sua facultates sufficient) debeat providere.

[ 1 Et bonam societatem servarent, quod uterq. sollicita mente revolvens, ad nos accepit, ut sibi nostrum super hoc consilium aperiremus.]

CAP. III.

Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.

Idem magistro A. de Mondesore.

Iteraturam a tuam: [ 1 & infra. ] Cum ex quadam minutione nimio fuisses mortis pavore perterritus, hac verba protulisti. Non diu hic morabor: proponens in animo, quod religionis habitum esses aliquando suscepturus: [ 2 & 7. ] Tibi igitur respondemus, quod si plus non est in voto processum, transgressor judicari non poteris, si non impleas, quod dixisti.

[ 1 Et prudentiam tuam jam pridem fama revelante, cognovimus: & saluti tuae tanto attentius consulere volumus & debemus, quanto personam tuam consideratione honeste conversationis & vitae, serventoris charitatis brachiis amplectamur. Relatum est nobis ex parte tua, quod.]

[ 2 Sed propter frequentes infirmitates, quas plerumq. vitae distractionem impediunt, & quia indigentibus & transuentibus te hospitalem exhibes, pluraq. solatia impendis, quod concepisti olim in animo, opere non implesti: ac per hoc dubitas ne de facta fide voti in districto debeat examine conveniri.]

CAP. IV.

Omne votum mutabile est, in votum religionis.

Idem.

Scriptura b: [ 1 & 7. ] Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetua noscitur religionis observantiam commutare.

[ 1 Sacro testamento declaratur, quod spiritualis homo propositum non mutat, cum pro salute animae suae utitur. Aliquid meditetur. Inde est quod vestri iustis postulationibus non indignati indulgemus: quod qui sepulchrum Domini vel aliorum sanctorum limina proposuerant visitare, & infirmitate vel alia rationabili causa occurrente habitum religionis assumere, atq. inter vos Deo servitute voluerint, libere ipsos suscipere valeatis.]

CAP. V.

Executio voti ultramarini, auctoritate Papa potest ex causa differri.

Innocentius III. Strigonen. Archiepiscopo.

Non est e. voti dicendus transgressor, qui quod vovit auctoritate sedis Apost. distulit adimplere. Sanè significavit nobis Rex Hungariae, quod cum in regni perturbatione d. consilium & auxilium tuum sibi i. i. haecenus profuisse, utilitati ejus non modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris) regno pergeres impacato: [ 1 & 7. ] Ideoque mandamus, quatenus non prius iter ad ripas Hierosolymae adeundi, quam regnum ipsum fuerit tranquillitati pristinae restitutum, vel super hoc recepitis ab Apost. sed. mandatum.

[ 1 Cum igitur imminet nobis de honore ipsius Regis & statu regni Hungariae sollicitè cogitare.]

CAP. VI.

Ecclesia compellit haeredem laicum per excommunicationem, & bonorum subtractionem, ad executionem voti ultramarini, ad quod se obligavit pro defuncto.

Idem Andreae duci.

a C. 1. eod. tit. in 2. comp. Vid. Navarr. in manuali confessoriorum c. 12. mon. 26. & 52. in Latino nuper impresso. b C. 2. eod. tit. in 2. comp. c C. 1. eod. tit. in 3. comp. Vid. B. Thomam, 2. 2. q. 11. art. 12. d Turbatione.

472 B. Ibi lozem, odem: scium, multo- nimen- sista re- fona o non ur. In- a sus- tamen er, ac z, fo- r pro- mi- ius z- entia io E. du- tenti- feren- tialit- vito, um ab- idere- vitiis B. Ibi

**L**icet a universis liberum sit arbitrium in votendo, ut loquendo tamen solutio necessaria est post votum, ut sine b proprio salutis dispendio alicui non liceat resiliere. Accipimus siquidem, quod cum Rex Hungariae pater tuus agens in extremis, votum quod voverat Domino, Hierosolymitanam provinciam in forti manu, humiliter corde visitare, sub interminatione maledictionis paternae, commiserit: tuque fidei exequium sine dilatione qualibet promissisti: [ 1 & 7. ] Mandamus, quatenus postpositis ceteris sollicitudinibus, usque ad festum exaltationis sanctae Crucis debitum acceptae eracis exolvens, propositum iter adripias, & humiliter prosequaris. Ne si onus tibi a patre injunctum, & a te sponte susceptum, occasione qualibet detrectaveris, paterna te reddas successione indignum, & hereditatis emolumento priveris, cujus recusaveris onera supportare: sciturus extunc anathematiz te vinculo subiacere, & iure quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet, in regno Hungariae competeat ordine geniturae d, privandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum adp. postposita devolvendum.

[ 1 Verum eodem patre tuo sublato de medio, cum Hierosolymitanam hoc iter te arripere simulasses, assumpta peregrinationis oblitus, quam contra inimicos crucis dirigere deberas, in fratrem tuum & regnum Hungariae convertisti aciem bellatorum, & multa contra serenitatem regiam malignorum usus consilio commisisti. Nos autem, quos diebus istis ad pontificatus officium licet immeritos Dominus evocaverit, tam paci regni Hungariae, quam tuae volentes saluti consulere, nobilitatem tuam regamus & monemus & exhortamur in Domino ac per ap. f. ]

CAP. VII

*Communitas Papa votum ultramarinum in vigiliis, orationibus & jejuniis, tunc maxime, cum cessat causa, qua induxit ad votandum: ita etiam, quod expensa fienda in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in terra sancta subsidium.*

Idem Trecenti Episcopo.

**M**agna devotionis: & infra. Cum Trecent. ecclesia contra libertatem ecclesiasticam gravaretur, nec per alium quam per Campaniae comitem in ultramarinis partibus constitutum, eidem ecclesiae credentes posse de facili subveniri, ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis & devotionis terrae Orientalis crucem dominicam adsumpsisti: & infra. Quamvis autem audita morte ipsius intentionem tuam conspiceres jam frustratam, noluisti tamen sine consilio Apost. sed. ad propria remeare, sed ingressus iterum intentionis tuae proposuisti, ac statum Trecent. ecclesiae, nobis humiliter expressisti: [ 1 & infra. ] Et quidem tria praecipue g duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum aequitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem. Sanè non videbatur contra votum licitum, ut venires, cum vox clamet prophetica b, Vovete, & reddite Domino Deo vestro: & primum ad consilium, secundum ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur, cum sit scriptum in Evangelio i: Nemo mittens manum in aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei, &c. Praeterea non videbatur expedire, cum ex absolutione tua scandalum posset laicorum mentibus generari, dicentium, ubi est Deus clericorum? & hoc exemplo credentium, se ad voti observantiam non teneri.

a Ca. eod. tit. in 3. compilat. b Propria. c Commisit. d Vid. Bald. in lex hoc iure. ff. de just. & ju. ubi docet an ordine geniturae, vel oblatione succedi debeat in regno. e Ca. 3. eod. tit. in 4. comp. f Scil. Romam, per excellentiam. g sed ius. Inst. de ju. nat. g Diximus. h Psal. 75. i Luc. 9.

Quod enim agitur a praelatis, facile trahitur a subditis in exemplum: juxta quod Dominus inquit ad Moysen in Levitico: Si sacerdos, qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere populum. Verum atatis vitae senectutis defectus, atque canities, quae vix labores & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant. & ecclesiae Trecent. suspiria, cui vinculo pastoralis sollicitudinis es ligatus, sine cuius adfensu votum peregrinationis emittere forsitan non deberas: & infra. Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum & honestum erat, ex persona voventis minus licitum videbatur. Cum enim iuxta canonica b instituta, clericus absque sui Episcopi licentia peregrinari non debeat, & Episcopus non minus, imo potius sed. Apost. sit adstrictus, videri merito poterat, quod absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, qua te tandem absentem, emittere non deberes: [ 2 & 7. ]

Cum igitur in lege veteri, in qua non minus preceptum Domini obligabat, quam votum hodie obliget in ecclesia, primogenita, quae Domino mandabantur avari, quaedam domino redderentur, ut primogenita Levitarum: quaedam redimerentur, ut aliarum tribuum: quaedam commutarentur in alium, sicut primogenitum alium, qui pro ore commutabatur: ex hoc attendentes, quod votum commutari possit in opus aliud pietatis: non curantes, quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite veritatis: de illius auctoritate secuti, qui cum audisset a discipulis: Scis d, qui Pharisaei audito hoc verbo scandalizati sunt? respondit: Sinite illos, caecifunt, & duces caecorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus, votum peregrinationis taliter commutare, ut expensas quas fueras in eundo, morando, & redeundo facturus, alicui religioso committas, in necessariis usus terrae illius sine diminutione qualibet transferendas: & infra. Laborem etiam laboribus recompenses, sollicitus instando vigiliis, devotus vacans orationibus, & in jejuniis fortius te exerceas. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quod cum pro libertate Trecent. ecclesiae per dictum comitem adsequenda praecipue votum peregrinationis commiseris, eo sublato de medio, quia cessavere causa, facilius cessare potuit & effectus.

[ 1 Nostrum & fratrum nostrorum consilium cum devotum requirere: veni etiam f. n. Demonen. Archiep. tunc metropolitano statum Trecent. ecclesiae, ad dispendium quod ex absentia tua movere poterat, semel & iterum per suas nobis literas intima propter quod dissimulamus deliberare cum fratribus nostris, ac tandem Trecent. ecclesia misericordiam sacerdotum, te ad agendum ipsius sollicitudinem remittentes: an sicut ex voto tenebatur, te irreceptum perficere poteremus, & utrum horum tam saluti tuae, quam terra orientali penitus expediret. ]

[ 2 Minus etiam votum illud terra orientali videtur expedire, quae plus pugnantium subsidium, quam clericorum, qui officium & dissuetudo reddit imbelles, ministrorum pericula necessitate requirit, quarum orationibus tuae & aliorum terra illa vehementer indigeat: quia tamen iam impletum est verbum Dei dicenti: Venit hora, & nunc est, quando me in monte hoc, neg. in Hierosolymis adorabit Patrem. Spiritus Sanctus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Videtur poterat quod non minus in ecclesia tua quam in Orientali terra proficeres piis orationibus apud Deum, in his quae pro libertate ipsius iuste ac humiliter postulabatur. ]

a Vid. Alphonsum Cast. l. 3. c. 8. de iusta hac partitione b Huius spectant tradita per B. Tb. 2. 2. q. 88. art. 2. Exo. 13. & 22. Num. 3. & 6. Deut. 15. Luc. 2. Levit. 25. Exod. 36. Matth. 17. c Nec. d Ita antiqua: Non noscu, quia, &c.



ut: & utram cum Moysen montem possit ascendere, ut manibus extensis in dextera, in sinistram Amalechitas in ore gladii superaret. Creditur etiam quod terra Orientali magis accederet, quod si in tuas, & tuorum clericorum procuratoribus fueras impensurus, secundum aliquid religiosi arbitrium transferretur in subsidium bellatorem.]

CAP. VIII.

Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum conceditur dilatio, perpetuo vero impedito indicatur redemptio in eo quod magis expediat terra sancta.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Quod a super his: [1 & 7.] Quasivisti de his, qui pro succursu terrae sanctae signo crucis assumpto, propter infirmitatem vel pauperiam, vel aliam justam causam votum non possunt utiliter adimplere, cum sine distinctione receperis in mandatis, ut eos, qui signum crucis assumptum abjecerunt, ad redemptionem ipsius, & executionem voti compellas. Nos autem inquisitioni tuae taliter respondeo: quod debiles & inopes magis illos in defectum, quam ad profectum accedunt, cum isti pugnare non possint, & illi mendicare cogantur, nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant: vel artifices & agricolae, qui de laboribus suis, sibi possint acquirere necessaria, & terra subsidia ministrare: quamvis non multi talium, propter brevitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sunt opportuni. Unde credimus distinguendum inter illos, qui imperatalem, & eos qui perpetuam impedimentum casualium credantur habere: quod primis est indulgentia dilatio, secundis autem est redemptio injungenda, ac rursus facultate pensata, quas possint, aut quas facturi esse expensas, personarum praetera compensato & labore in subsidium terrae sanctae transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione terrae sanctae votum peregrinationis emerunt, & eos quibus pro satisfactione suorum votum inter peregrinationis injungitur, credimus distinguendum: quod circa primos plus terrae sanctae succursus, & circa secundos plus labor itineris, secundum intentionem votantis vel poenitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo voverint, est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundem, melius est redimere votum, quam expensas consumere: quod & de poenitente, qui propter debilitatem non potest iter injunctae peregrinationis implere, sanè valet intelligi, non autem de illo, qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad (eundem): [2 & 7.] De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quae remanere noluerint, viros suos sequantur: ceterae vero (nisi forte sint divites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimant quod voverunt.

[1. Sed. App. consilium voluisti, quorum exequio spectat ad officium pastorale, sit in Domino condemnatus, sperantes quod per religionem nostram instruetur ea diligentius exequatur.]

[2. Super his autem diligenti est discretio adhibenda, ne quid prois vel precis, amore vel odio, sine occasione quacumque, contra salutem animae, vel utilitatem terra quomodolibet attentetur. unde per omnes religiosos & providos dispensationi hujusmodi volumus provideri.]

CAP. IX.

Votum ultramarinum certis casibus redimi & commutari potest, non tamen per alium, quam per Papam, vel cum ipsius speciali mandato, b. d. usq. ad 3. secundo quasivisti.

Idem eadem.

a C. eod. tit. in 3. comp. b Inquisitioni tua responderemus. c Recompensato. d Continus eundem. Addit in margine: a. b. h. consilium, utrumque praeter veterum exemplarium fidem.

Ex multa a tua sollicitudinis providentia: [1 & 7.] Ex consultatione, quam ad inquisitionem tuam super negotio cruce signatorum olim edidimus, viam invenisti ad alias quaestiones, & utrum quod in ea dicitur, jus constituat generale, ut passim praelatis quibuslibet illos secundum formam expressam absolvere liceat, qui eorum sunt jurisdictioni commissi, sollicitè requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quod in consultatione nostra jus editur: & licet ad quales, ad quos tamen b. specialiter spectet ejus executio, nullatenus explicatur: illis autem sollemniter jus hoc exequendum incumbit, qui super hoc mandatum receperint à sed. Apost. speciale. Si ergo illi est inquisitioni responsum, quae consequenter tua fraternitas requisivit, de quibus religiosi intelligendum hoc esset: utrum scilicet ibi religiosi voverint hanc tantum, vel religionis habitum susceperint, quorum plures idiotae sunt & juris ignari, an Episcopi, qui sicut dignitate praecellunt, sic & religione debentales praeminere: nam ad neutros illius executio juris spectat, nisi per Apost. sed. eis specialiter delegetur.

[1. Creditimus provenire, quod cum ad consultationes tuas multiplices & frequentes responderemus, quod sentimus ex responsione nostra novas eluctas quaestiones.]

Habiles ad eundem, seu inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, vel milites bellatores possunt secum ducere, votum ultramarinum non redimunt, b. d. Abbas.

Secundo quasivisti, utrum quod dicitur, si quis voverint, est inutilis ad pugnandum, quamvis sit habilis ad eundem, melius est ut redimat votum, quam constituat expensas, generaliter accipi debet, ut nobiles d. & magnates, qui sint consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum hujusmodi comprehendat? Verum si ad superiora oculo tuae considerationis extendas, quaestionem istam invenies in serie consultationis nostrae solutam, ubi dicitur, quod debiles & inopes magis in defectum, ubi dicitur, quam ad ejus profectum accedunt, &c. Quamvis possit aliter responderi, quod non sunt inutilis ad pugnandum, qui etiam per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilii adesse valent pugnantibus, & personae defectum per alios relevare: [1 & 7.]

[1. Tertio quoque, loci tuo si requisivisti, qualiter intelligi debeas, quod de mulieribus subijfertur, ut quae remanere noluerint, viros suos sequantur euntes. Cetera vero quae non sint diuites, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod voverint: hoc enim quod ultimo loco dicitur, videtur tantum de voverentibus esse dictum.]

Vires possunt sequi viros ultra mare si valent, sed non tenentur, nisi & ipsa voverint, b. d. Abbas Secularis.

Quod autem superius ponitur, mulieres quae remanere noluerint, &c. de illis intelligendum esse videtur, quae se ad peregrinationis propositum nullius voti vinculo adstrinxerunt: [1 & 7.]

[1. Quod sic esse dubium non existit. Ex eodem quoque, verba dicitur videri quibusdam, quod viri liceat in hoc articulo sine uxorem suam assensu voveri posse, ac perficere quod voverunt. Ad quod dicimus quod.]

Viri sine consensu uxorum emittere possunt votum ultramarinum, b. d. Abbas Secularis.

In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terrae sanctae impediatur subsidium, viri praeter uxorum assensum, hujus peregrinationis propositum voverere liberè & valent; quod voverint, liberè adimplere. Vt autem consentiant, sunt attentius componenda.

a C. eod. tit. in 3. comp. b Tantum, in uno votuissimo exemplari. c Vid. l. i. cum not. per dell. C. de inter. ma. inter pap. not. Bald. in authen. de mona. co. s. i. d. Alciati. e D. de. istam, deest in vetustis. f Et aliter. g Valeat.

*Clerici languam inhabiles ad pugnandum redimunt votum ultramarinum, nisi in certis casibus, h. d. Abbas Siculus.*

De clericis a vero duximus respondendum, quod cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi vel consilio strenui, vel officio predicationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati, aut usque adeo divites fuerint, & potentes, ut in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores: magis ab eis expetit redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel utilitas persuadet. Hac autem de votentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis in penitentia est injunctus.

CAP. X.

*Qui vovit religionem ingredi, si voto non completo fiat Episcopus: renunciare debet, & votum implere. Sic communiter sumatur.*

Idem.

Pertuas b nobis literas intimasti te in Gratianopolitana ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solenniter emisisse, & postea promississe in manibus prelati ejusdem ecclesie, te intra duos menses postquam ab Apost. sed. rediisses, votum quod emiseras impleturum. Cumque termino ipso transacto non curasses, quod voveras, adimplere, tandem exilens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen ecclesie Gebensensis, & infra. Nos igitur tuae discretionis consulimus, ut si tuam sanare desideras conscientiam, regimen regnes ecclesie memoratae, ac reddas altissimo vota tua. Quod si capitulum Geben. ecclesie te postmodum canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.

CAP. XI.

*Prælati etiam professus potest votum ultramarinum emittere, & in suo usui vigintiannam proventuum ecclesie convertere.*

Honorius III. Hareben. c. & Bengad.

Postulastis à nobis, an d vobis professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est, & reliquis characterè crucis desiderat insigniri, liceat vigintiannam proventuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terræ sanctæ deferre vobiscum: [ 1 & 7. ] Discretionis vestrae taliter respondemus, quod si ecclesie vestrae per absentiam vestram enormiter non laedantur, & vos utiles fueritis terræ sanctæ verbo pariter & exemplo, (quod conscientia vestra duximus relinquendum) dimissis procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris, potestis & tenemini votum peregrinationis implere: & sic potest in usus vestros transire vicinissima ecclesiarum vestrarum terræ sanctæ subsidio deputata.

[ 1 Ut per vos profectus terræ illius succursui, qui parati estis personas vestras exponere servitio Iesu Christi, præsertim cum multi exemplo emulationis laudabiliter provocati ad eundem posse vos laudabiliter accingantur: prælati primum Domini contra gentes. Quia vero liberationi terræ illius totis viribus aspiramus. ]

DE STATV MONACHORVM ET CANONICORVM REGVLARIVM.

TITVLVS XXXV.

CAP. I.

*Diaecesanus non debet molestare monasteria, præterquam pro causa correctionis: nec esse oblata sibi vendicare.*

a De materia l. i. j. s. & cur clericis & Episcopis pugnare non liceat. vid. B. Thom. 2. 2. q. 2. art. 2. b Conc. Triden. sess. 24. tit. de reg. c. 1. c Hareborien. & Beragaden. propositu. al. Harebrien. & Beragaden. sal. Haveneris. & Beragaven. d Virum.

Gregorius Archiepiscopus Neap. a

Theodosius: [ 1 & 7. ] Alicui monasterio b nec tu, nec Presbyteri tui, præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestæ inferatis. Aut si quid illic pro diverforum devotione accesserit, vobis vindicare affmetis. Cum monachis sibi ferventibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

[ 1 Abbas monasterii S. Marini pettorina nobis infirmatione suggestit, qua habetur in subditis, in domo quondam Martini ex qua voluntate decessorem suum Andream Abbatem, monasterium in quo monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem beati Petri Apostolorum principis, & S. Archangelis postulat dedicari: dilectionem tuam presentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad præd. locum cum postulaverit, ingrossante accedas, veneranda solemnè dedicationis impendens. Et quatenus necesse fuerit, à Presbyteris ecclesie tuae in loco sancti deservientibus celebrentur sacrificia veneranda missarum, ita ut in eodem.]

CAP. II.

Monachi non debent poni singuli per parocia, hoc primi. Si pro monachatu aliquid detur, receptus a sacri ordinis probatoribus & recipiens ab officio suspenditur hoc secundò. Monachus habens peculium sine licentia Abbatis, ab altaris communione removeatur: & sic decedens, sepultura & fratrum communione privatur hoc tertio. Si pecunia confertur pro habendo aliquid officium in monasterio, dani & recipiens deponitur, hoc quarto. In prioribus conventualibus per electionem instituti non sunt removendi sine causa rationali: & de causa rationali tria ponit exempla, h. d. comprehendendo substantiam.

Ex concilio Lateranen. c

Monachi non a precio recipiantur in monasterio, nec peculium e permittantur habere, nec singuli per villas & oppida per quasque parochias ponantur ecclesie, sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus mancant, nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expellant, Salomon f. dicente: Væ g soli! qui cum ceciderit, non est qui sublevet eum. Si quis autem exactus pro sua redemptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. Is vero, qui eum b receperit, officii suspensione multetur. Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permillum, à communione removeatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non penituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam. quod etiam de universis religiosis præcipimus observari. Abbas autem, quia ista diligenter non caverit, officii sui facturam se noverit incursum. Prioratus quoque seu obedientie precii donatione nulli tradantur, alioquin dantes & accipientes à ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores autem cum in ecclesiis conventualibus per electionem capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationali causa non mutentur, videlicet si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid iegerint, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii de concilio fratrum fuerint transferendi.

a Hic in quibusdam recentioribus legitur Gregor. 3. in alia sed rectè Constant. Imo primus l. 7. ind. 2. ap. b. c. i. sed. tit. 1. comp. in alio Theodor. c. Conc. Lat. sub. Alex. III. c. 18. d. C. eod. tit. in 1. comp. e. Id est, proprium. Vid. l. c. g. D. ad Tribol. f. Eccl. 1. 4. g. Si. h. Rapti. i. Curaverunt in concilio k. Al. sta. ut vid. l. sed. in antiq. & in conc. ut est impressum in l. Alind.

CAP.



CAP. III.

Moni Cisterciensis, ut seruent regulam secundum primariam institutionem. h. d. primo. Et domus religiosa adgregata Cisterciensis, eorum mores seruate tenetur. h. d. secundo.

Alexander III. Abbatibus & conventibus Cisterciensis ordinis.

Recolentes & qualiter haec sancta plantatio: [1 & 7.] Dolentes dicimus, quod etsi non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque tamen & in pluribus, ab illa sancta institutione dicitur declinatum: in tantum, ut aliqui ex vobis patris institutionis obliti, contra ordinis vestri regulam villas, ecclesias, & altaria possident, fidelitates & hominia benignè suscipiunt, iustitias & tribunas tenent: [2 & 7.] Ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illæ quæ à prima sui origine in ipso ordine sunt fundatae, constitutis terminis sint contentæ: [3 & 7.] Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum monasteriorum iura diuertere, oportebit vos communi iure censeri: quia dignum est, ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. Ceterum domus illæ, quæ de alii institutionibus ad vestrum ordinem se transfulerint, vestris omnino se fatigant usibus conformare, & relictis possessionibus, vel etiam communitatibus, quas institutio vestra non recipit, sic se in omnibus religioni vestræ coaptent, ut quemadmodum quidem se in societatem ordinis, & habitus identitatem adsumpsit, sic etiam in paupertate secularium rerum se lateant vestris institutionibus conformatas.

[1] Fides, hæc vitæ fructifera, hæc deniq. vinea Domini Sablae sub primo ordinis vestri priorib. pullulavit, & palmites longè hinc producenti, ad mortifera pellenda circumquaq. venena flores producit & adores, pro vigili custodia custodiatu eorum in omnibus vitare vestigiis, per quos cooperante Domino in deserto mundi huius huiusmodi plantatus est herosolitus. Huius enim paupertatis contenta mater, optimam ponentes in paupertate principium, totius sufficientia assensu sunt complementum, creare ecclesie Clarentis Episcopi & pralari acceptis, ac in conspectu regum & principum fama & merito gloriosi. Nunc autem quod.

[2] Et omne studium adhibent, ut termin eorum dilatentur à terra, quorum conversatio in caeli debet esse. Leditur hinc ordo prius & ruciat, nec est hæc mutatio dextera excessi, sed potius de dextera in sinistram, qui relicto seculo sub paupertatis habitu Deo militare devertunt, negotiis deniq. secularibus implicentur. Inde est quod & vobis ab aliis qui foris sunt, contentiones & litigia suscitentur, & Abbatibus in causis forensibus occupatis & plurimum in commissis domibus, & tepor ordinis & dissolutio nascitur charitati, maxime paupertate charitas plus proficit, & cupiditate contentum nisi illa restringatur, hæc tepescat.

[3] Nec velint inordinate ad ea manus extendere, quæ sine laboribus & periculis multis, & deinde sine criminibus, & magna impense non poterunt retinere.

CAP. IV.

Regularis canonicus, qui non resignavit proprium in morte, non debet in cœmeterio sepeliri: & si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

Clemens III.

a C. 2. eod. tit. in 2. comp. b In uno vetustissimo, fidelitate, hominia & onera suscipiunt, &c. in alio recentiori, ita: fidelitate & hominia susceperunt, &c. Dicitur benignè, deest in omnibus: & quid sint hominia, explicat Hostiensis, c. Recept.

Super quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet à priore suo communitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit resignare: & sic diem clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulture: [1 & 7.] Inquisitioni tuæ taliter resp. quod ille canonicus non tantum fuit Christiana sepultura privandus, verum etiam si sine maximo scandalo potuit fieri, de ipsa projici dignus est ecclesia. Hoc autem cum fore contingerit, in similibus est agendum.

[1] Nos duxisti necessariò requirendos. Quia verè te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Augustini habeatur statutum, & quod idipsius in Lateranensi synodo constet inhibitu manifestè.

CAP. V.

Canonicus regularis potest presbiter ecclesie parocchiali etiam seculari, sed debet habere forum sui ordinis, si commodè fieri potest.

Innocentius III. plebano sancti Germani.

Quod à Dei timore præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur evidenter, cum opera, quæ facis, testimonium perhibeat veritati. Sanè quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium plebani resignans coram fratribus sancti Victoris Bononiensis promissionem de tua conversione fecisti, neque professionem solennem emittens, neque habitum religionis adsumens: sed parocchiani plebis ejusdem, attendentes te laudabiliter præfuisse, à Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministras ibidem hoc etiam P. Presbyter Cardinalis tunc Apost. sed. lega. ponitur adnatisse, quod jam dicti parocchiani à nobis ratum haberi & suppliciter postularunt, præsertim cum de licentia prioris sancti Victoris noscatis hæcenus id fecisse. Licet autem in Lateranensi concilio de monachis caveatur, ne singuli per villas & oppida per quascunque parocchiales ponantur ecclesias, &c. quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cavetur, quia etsi à sanctorum monachorum confortio non putentur sejuncti, regulæ tamen inservient laxiori, & per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiarum parocchialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium g. (quod privilegium est) exercere: sic annuendum duximus postulari, ut exercens plebani officium, si commodè fieri poterit, unum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam: cujus in his, quæ Dei sunt & regularis observantiæ, tam confortio, quam solatio perfruaris.

CAP. VI.

Primo tractat de vestibus monachorum. Secundo de abdicatione propriarum. Tertio de silentio. Quarto de cibis. Quinto de officiis in genere & in specie.

Idem Abbati & conventui Sublacensi.

Um ad monasterium Sublacense i. & infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cetero monachorum lineis camisis uteretur: [1 & 7.] Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ sub obestatione divini iudicii, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continenti resignet. Si verò post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari moni prævia de monasterio expellatur, nec recipiatur.

a C. 2. eod. tit. in 2. comp. b potuerit, habent vestituros quod & serice: postulat. c Gavani, al. Gravini. d C. 1. eod. tit. in 3. comp. e simpliciter. f Conc. Lat. sub Alexan. III. c. 10. g Conc. Trident. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. ubi multa valde utilia de prædicationis officio. h al. Abbat. Sublacensi. i C. 2. eod. tit. in 2. comp. concil. Trident. sess. 25. tit. de reg. c. 1. & 2.





ulterius, nisi peniteat secundum quoniam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. Unde si quicumque alicui fuerit specialiter destinatum, non presumat illud accipere, sed Abbati vel priori, vel cellario assignetur. In oratorio a vero, refectorio & dormitorio continuum semper silentium observetur. In claustris quoque certis horis & locis secundum antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter observantur. In refectorio b vero nullus omnino carne vescatur. Nec in quibusdam solennitatibus (sicut aliquando fieri consuevit) conventus exeat cum Abbate paucis ibi relictis, ut extra refectorium edant carnes, cum illis diebus precipue regularis disciplina sit studiosius observanda. Sed nec extra refectorium, nisi in infirmitorio, eum carnium credant sibi licere. Quoniam ex indulgentia possit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulaverit) advocare, ipsosque secum in camera sua melius & plenius exhibere. Porro debiles & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, quae necessaria fuerint sibi tam in carnibus, quam in aliis recipiant competenter. Quod si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, ut non possit communibus cibis esse contentus: sic ei provideatur sine scandalo aliorum, ut si Abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialiter, cibum aliquem competentem non anteillum, sed ante se faciet apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam pro sustentatione naturae. Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint c & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri sine contradictione qualibet revocetur. Prior autem praeteris post Abbatem potens sit in opere & sermone, ut exemplo vitae d, verboque doctrinae fratres suos & instruere possit in bono, & a malo etiam revocare: zelum religionis habens secundum conscientiam, & delinquentes corripit & castigat, obediens seoveat & confortet. Abbas vero (cui omnes in omnibus reverenter obediunt) quantum frequentius poterit, sit cum fratribus in conventu, vigilem curam & diligentem sollicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso, dignam Deo possit reddere rationem. Quod si praevicator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens aut remissus, pro certo se noverit non solum ab officio deponendum e, sed & alio modo secundum regulam castigandum: eum offensa non solum propria, verum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec arietem f Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio g proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

[ 1 Ad desolium autem hospitalitatis supplendum, mitatum vitis molendini concessimus, ampliora pro tempore concessura, ita tamen quod ad necessitatem pauperum sublevandam, elemosina de cellario conferatur. Nos autem praefatas ecclesias quae clericis secularibus fuerant in beneficium assignatae, ad usum revocavimus infirmorum, concessionem hospitalium qua facta fuerat Episcopo Anagnino irritam decernentes, & statuen-

a In Cod. Barb. in oratorio, nec non refectorio, &c. b disto, vero, deest in antiquis. c sint. d al. verbis doctrinae fratres, &c. e vid. l. carceri. & l. milites. ff. de cast. reo. f extrinseci. g de hoc articulo vid. d. Tho. 2. 2. q. 83. art. 11. & Turrecr. ma. in a. de illo clerico. 32. dist. & Ferdinand. Vafq. l. 1. cent. illustrum. cap. 25.

tes ne cuiquam ulterius in beneficium concedantur, sed infirmarius disponat de illis ecclesiis, prout ad necessitates infirmarii magis noverit expedire.

## CAP. VII.

Primo statuit de concilio regularium provincialibus celebrandum singulis trienniis. Secundo moderat numerum electionum & personarum venientium. Tertio disponit de infirmitatibus & praesidentibus capitulo. Quarto de tempore, quo daret capitulum, & quid ibi fieri. Quinto quod observetur, quod ibi fieri. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communis vita ducenda. Octavo de visitatoribus eligendis & ipsorum officio. Nono extendit ad canonicos regulares. Decimo providet super discordia visitationum. Undecimo hortatur dioecanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo praecipit protervos & similes compositi ab officio monasteriorum. Et hac divisio sufficit pro summario.

## Idem in concilio generali.

IN singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium (salvo iure dioecesanorum pontificum) commune capitulum Abbatum atque priorum, Abbates proprios non habentium, qui non consueverunt tale capitulum celebrare: ad quod universi conveniant praedictionem canonicam non habentes, apud unum de monasteriis ad hoc aptum. Hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus, quam sex electiones & octo a personas adducat b. Advocent autem in huiusmodi novitatis primordii duos Cister. ordi. vicinios Abbates ad praedicandum sibi consilium & auxilium opportunum, cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati: qui abbeque contradictione duos sibi de ipsis asscient, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor praesint capitulo universo, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem praesolationis assumat, unde cum expedierit, provida possit deliberatione mutari. Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue, juxta morem Cister. ordi. celebratur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & observantia regularibus, inviolabiliter observetur, omni exculpatione & contradictione, & appellacione remotis: Provisio nihilominus ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui convenierint, vitam ducant communem & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita quod si non omnes poterint in eisdem, sittem plures simul in diversis domibus commoretur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosa ac ecclesiam spectantia personae, quae singulas abbatias ejusdem regionis seu provinciae non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi praefixam, vice contra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quae correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuncient Episcopo proprio, ut illum amovere procuret. Quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem. Hoc ipsum e regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & praecipimus observare. Si vero in hac novitate quicumque difficultatis emerferit, quod per praedictas personas nequeat expediri, ad Apostolicam sedem iudicium abique scandalo referatur, ceteris irretractabiliter observatis, quae concordati fuerint deliberatione provisae. Porro dioecani Episcopi monasteria sibi subiecta, ita studeant reformare, ut cum ad ea praedicti visitatores accesserint, plus in illis inveniatur quod commendatione, quam quod correctione sit dignum, atten-

a al. novem. sed in concilio, osto legitur. b De hoc articulo vide quos citavi in c. cum ex officio. sup. de praeser. c in Concilio Barb. H. ipsum circa regulares, &c. tiffino.

filium praevenire ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur: quia sicut volumus a superiorum iura observari, ita inferiores nolumus injurias sustinere. Ad hoc districte praecipimus tam diocesanis Episcopis, quam personis, quae praerunt capitulis celebrandis, ut per cen. eccl. appellat. remota compellant advocatos, patronos, vicedominos, rectores, & consules, magistros, & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria praesumant offendere in personis aut rebus: & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem b compellere non omittant, ut liberius & quietius Deo valeant famulari.

## CAP. VIII.

Primo tractatus de correctione monachorum. Secundo de correctione Abbatum. Tertio visitatorum. Quarto de secularibus in monasteriis beneficiis. Quinto constitutionem extendit ad monachos, hoc sufficit pro sumario.

Honorius III. Abbatibus & monachis in Lombardia & Marchia Tervisana constituit.

PA, quae pro religionis honestate: [1 & 7.] Porro cum visitatores secundum statutum generalis concilii c. ordinati a generali Abbate capitulo processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monasteriorum & observantia regularibus diligenter inquirent, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant, & reformant quae viderint corrigenda: ita tamen quod monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi faciant, & sique in iungi poenitentiam salutaris iuxta beati Benedicti regulam, & apostolica instituta, non secundam normam prae consuetudinis, quae quasi pro lege in quibusdam ecclesiis inolevit. Ipsi etiam visitatores, monachos, quos contumaces invenerint & rebelles, iuxta modum saepe vice nostra regulari censura percellant absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin ovem moribundam eiciant ab ovili, ne inficiat oves sanas. Si vero a Abbatibus in corrigendis iuxta visitatorum mandatum & regularia instituta seipsum seu monachos inventi fuerint negligentes, proclamantur & corripiantur, & ita puniantur publice in capitulo generali, quod poena ipsorum sit aliis in exemplum. Quod si Abbas non exemptus, fuerit a visitationibus nimis negligens, & remissus inventus, id loci diocesano denunciatur sine mora, & per illum detur ei fidelis & providus coadjutor usque ad capitulum generale. Si autem dilapidatum inventus fuerit, vel alias merito amovendus: per diocesanum postquam hoc sibi a visitationibus denunciatum fuerit, amoveatur absque iudiciorum strepitu a regione abbacie, ac monasterio provideatur inteream administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate provisum. Quod si forsitan Episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit: visitatores vel praesidentes capitulo generali defectum Episcopi Apost. sed. non differant inimicare. Hac eadem circa exemptos Abbatibus fieri praecipimus per visitatores, vel praesidentes capitulo generali: depositione ipsorum sed. Apost. reservata: ita ut Abbate, qui amovendus videbitur, interim per visitatores vel in capitulo

praesidentes ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus & alia, quae visa fuerint intemanda, capitulo praesidentes nobis denunciarent per fideles nuncios & prudentes, quibus de communi contributione Abbatum iuxta cujuslibet facultatem sufficienter ministrarent expensae. Sequentes autem visitatores perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias & excessus referant sequenti capitulo generali, ut iuxta culpam publicè debitam poenam portent. Idem etiam de Abbatibus praesidentibus generali capitulo praecipimus observari. Praecipimus quoque a, ut in nullo monasterio ad praebendas recipiant de cetero Abbatibus & monachi clericos seculares: nec hi, qui jam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustris sibi vindicare contendant, seu monachorum coetibus importune se praesumant miscere, sed beneficiis sibi concessis, contenti convertentur, honestè opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes, nihilque ultra in spiritualibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis vel usurpent. Si qui verò talium a visitatoribus inventi fuerint criminosi, per b diocesanum Episcopum in non exemptis, & per visitatores vel praesidentes generali capitulo in exemptis beneficiis priventur eisdem. Haec autem omnia etiam in monasteriis, quae non habent Abbatibus proprios sed priores, nec non in monasteriis monialium, quoad articulos abbatibus & monialibus congruentes, praecipimus observari.

[1 Ac religionum salute provide ordinarunt Apostolice sedis munimine roboranda, ut suscipiantur devotius & diligentius observentur. Cum ergo per a. s. s. Abbatem Montis belli quadam capitula nobis fuerint presentata, quae ad castigandum transgressiones multiplices & excessus quas in quibusdam cenobiiis invenerat, videbantur pro salute & honestate vestra laudabiliter statuenda: nos ea examinare & corrigi fecimus, & praecipimus ut inviolabiliter observentur qua sigillo ven. s. n. Hostien. & Tuscanorum Episcoporum muniti fecimus ad cautelam. Ad hoc volumus & praecip. auct. A. ut visitatores ad generale capitulum convocent Abbatibus & priores, non habentes Abbatibus proprios tam exemptos quam non exemptos Lombardia & Marchia, qui non consueverunt huiusmodi capitulum celebrare, praesidentes vero in ipso capitulo generali canonice & impedimento sublato, eos qui contempserint vel neglexerint convenire: sub cuius contra. & app. ob. per cens. eccl. compellant, & usq. ad satisfactionem condignam relaxent: eadem censura satisfieri, quae eodem capitulo deliberatione provida ordinata fuerint firmiter observari, reddiduri tam ipsi quam visitatores, & alii iuxta cujuslibet ministerium Domini, in cuius conspectu nuda & aperta omnia in extremo examine rationem, si omnem sollicitudinem & diligentiam qua circa correctionem & reformationem ordinis ac visitationem cenobiorum impendenda fuerint, neglexerint adhibere.]

## DE RELIGIOSIS DOMIBUS: UT EPISCOPUS SINT SUBIECTAE.

## TITVLVS XXXVI.

## CAP. I.

Si dubitatur in cuius diocesi sit basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo episcopalia exercebat.

Gregorius Victor Archiepiscopo Neapol.

a Vide Ludo. Rom. sing. 663. incipit, An simplex capellanus.  
b Dicitur Episcopus, deest in antiquis & in recentioribus magis emendatis. c Episcopo.

**N**unc autem ad basilicam, quae dedicanda est, debet disquiri, cuius civitatis Episcopus antiquam fundaretur, baptizaverit incolas: & ad eius conignationem sub annua devotione concurrerint. Non enim terminis haec aut locis convenit definiti: sed ille ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere permitti.

## CAP. II.

*Nihil iuris deperit Episcopo, in cuius dioecesi sita est ecclesia, quam Papa unit ecclesiae alterius dioecesi, & est casus quotidianus.*

*Idem Agapito Abbati.*

**Q**uia monasterium, quod in fundo Martiano situm est, hostilitate faciente, dicitur desolatam: illud tuo monasterio cum omnibus rebus suis, vel quae ei competunt actionibus perpeximus unendum: & infra. Ipsum autem monasterium sicut nos ordinationi commisisse cognoscas, ut tamen iurisdictionem illic non Episcopus Sarrentinus, in cuius civitate monasterium tuum est situm, sed Nucernus, cuius est dioecesis, habeat. Nam sic huius loci ordinationem disponimus, ut tamen iura sua singulis Episcopis inviolata servemus.

## CAP. III.

*Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius sollicitudinem debent ordinari ad usum destinatum.*

*Ex decretis Eugenii Papae d.*

**D**e Xenodochiis & aliis similibus locis per sollicitudinem Episcoporum, in quorum dioecesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.

## CAP. IV.

*Locus auctoritate Episcopi ad usum hospitalitatis deputatus est religiosus, & ad mundano: usum redire non debet.*

*Urbanus IV. Arminen. Episcopo.*

**A**d haec f. [1 & 7.] Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis usum, & pauperum provisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate Pontificis destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari, sicut de vestibus & ligneis vasis, & aliis utensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis antiqua consuetudo indubitanter observat, & venerabilium Patrum edocent sanctiones.

[1 Super eo quod quaesitum est, utrum hospitalis domus possit in secularem habitum commutari.]

## CAP. V.

*Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat, non de secularibus, nisi in defectum religiosorum.*

*Innocentius III. Constantinopolitano Patriarcha.*

**I**nter quatuor: (& infra) de monasteriis quos, Graecorum in seculares canonicos convertendis f. r. Respon. quod, quamdiu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis seculares clerici poterunt ordinari.

## CAP. VI.

*Ecclesia sita in dioecesi Episcopi, tenetur sibi in episcopalibus respondere, nisi adpareant remissa legitime, & potest Episcopus remittendo episcopalia censum sibi retinere.*

*Idem Abba & fratres Crypte ferratae.*

**C**onsuetudo h. in praesentia nostra Episcopus Alban. i. in ecclesia Castris, quod Pauli dicitur, in

a C. 1. eod. tit. in 1. comp. b In C. Barbata, in cuius est dioecesi, & c. e. huiusmodi. d Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. e Xenodocho. Alex. 1. praetermissorum interpretatur Hospitalis. vide Frid. conc. sess. 25. de refo. c. 8. f C. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Archid. in c. nemo. De conse. dist. 5. & Calderinum conf. 5. & 6. de relig. do. g C. 1. eod. tit. in 3. comp. h C. 2. eod. tit. in 3. comp. i Albanen. al. Alban.

quas patronatus monasterio vestro recognoscebat, à vobis jus episcopale petebat, quoniam sita erat in dioecesi Albanen. & ideo de iure communi ei tenebatur in Episcopalibus respondere: [1 & 7.] Verum oeconomus vester proposuit ex adverso, quod etsi ecclesia sita esset in dioecesi Albanen. ei tamen non tenebatur in aliquo respondere, cum Dominicus Lavitanus a Episcopus, qui fuerat Episcopus Albanen. universas ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes in dioecesi eius sitas, & quicquid iurisdictionis in monasterio vestro, quam in eis habebat, in emphyteum sub annua octo denariorum usualium pensione monasterio vestro concessit: ita videlicet, ut liceret abbati & fratribus à quocunque vellet Episcopo, tam ordinationem clericorum, quam consecrationem altarium in monasterio ipso & praedictis ecclesiis obtinere, in quibus etiam vobis tertiam partem mortuorum indulsit: & C. p. n. quod ab eo factum fuerat, confirmavit: verum etsi ecclesia ipsa fuisset aliquando ecclesiae Albanen. b subiecta, monasterium e vestrum nihilominus legitime se poterat praescriptione tueri, cum per quadraginta annos ipsam pacifice possedisset. Ceterum oeconomus Episcopo confessionem Episcopi Lavitani non tenere dicebat, utpote continentem simoniacam praevitatem, cum enim tertiam partem mortuorum d monasterio concessit, & tam in ordinationibus clericorum, quam altarium consecrationibus indulgisset ei plenariam libertatem: non est dubium, quin cum spiritualia haec existant, eo ipso quod super his recompensationem certae pensionis accepit, commiserit vitium simoniae e: unde contractus huiusmodi nullam obtinet firmitatem, confirmatio autem Apost. sed. fuerat per subreptionem obtenta, cum in eadem de pensione nulla mentio habeatur: & infra. Cum autem nec insolitum sit, nec novum, ut cum Episcopi ecclesias concesserint piis locis, aliquid sibi reservent in eis nomine pensionis: nos quoque cum libertatis privilegium, vel protectionis praesidium aliquibus ecclesiis indulgemus, gratis accipimus censum gratis oblatum: & in literis nostris à quadraginta annis secundum ratam eandem per definitivam sententiam condemnamus, & eundem oeconomum vestrum ab impetitione oeconomi ejusdem Episcopi supra aliis redditibus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes.

[1 Secundo quantum in multis privilegiis Re. Pontificum distinguentibus fines dioecesi Albanen. inter alias in quibus episcopalem iurisdictionem exerceat haec Albanen. ecclesia, auct. apo. confirmata.]

## CAP. VII.

*Episcopus petens ecclesiam quod ad temporalia & spiritualia, obtinet in spiritualibus, eo ipso, quod probat esse in sua dioecesi, si non appareat exempta: sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo, & in hoc ultimo est casus notat.*

*Idem Abbati & conventui Farben. f*

**C**um venerabilis frater noster Sabinen. g Episcopus ecclesiam sancti Angeli de Canceja h cum suis pertinentiis & possessionibus petisset, asserens eam ad se, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pertinere;

a Lavitanus. al. Lavican. al. Lucan. sed in omni manuscripto legitur Lavicanus. b Albanen. c Monasterium tamen vestrum. d Dilecto partem, deest in antiquo: & in recentioribus magis emendatis. e Vid. Barr. in l. Titio centum. ff. de condi. & demon. f Farfen. g C. 1. eod. tit. in 4. comp. h Canceja. al. Cantia. allegavit

allegavit ante omnia jus commune, quia cum constituta sit in diocesi Sabinen. sub ipsius debebat consistere potestate. In temporalibus quoque ad se dictam ecclesiam pertinere nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur expressè i. Sabinen. Episcopum, H. Farben. a. Abbati, & duabus personis post ipsum, dictam ecclesiam cum suis pertinentiis locavisse pro annua quatuor solidorum Papien. pensione. Sed pars vestra proposuit, instrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam, propter superlinearem scripturam, & rasuram b loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio temporis recensetur: [1 & infra.] Quia (igitur) nobis consistit, ecclesiam supradictam constitutam in diocesi Sabinen. Episcopale jus in omnibus spiritualibus eidem Episcopo adjudicavimus in eadem, illis tantum exceptis, quæ per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta: & infra. Quia vero instrumentum prædictum, per quod Episcopus ecclesiam intendebat, quoad temporalia, vindicare, ad faciendam super hoc fidem invalidum esse cognovimus, utpote propter prædicta de jure suspectum, vos ab impetitione ipsius, quoad temporalia ejusdem ecclesie duximus absolvendos.

[1 fuit insuper ex ipsius Episcopi parte propositum, quod cum ab ecclesia S. Angeli nomine monasterii vestri multo tempore fuerit entia pensio ecclesia Sabinen. soluta, manifeste liqueret ad ecclesiam eandem, a qua locato facta fuerat jure proprietario permissa. Ad hoc autem procurator respondebat prædictus, quod est quidem insuper vidisse deponant ecclesiam S. Angeli pensionem 4. sit Sabinen. Episcopo perfoluisse, nullum tamen ex hoc monasterio vestro potest præjudicium generari, cum non appareat pensionem ipsam ex parte monasterii fuisse solutam: & quoniam etiam ipsi assertant se vidisse multoties prætaxatam pensionem exsolvi, non tamen ostenditur tanto tempore præstita, quousque ad præscriptam legitimam porrigitur. Item sicut ad res proprietatem locatis facta non sufficit, ita nec solutio, nec perceptio pensionis. Huiusmodi & alia intellectus.]

CAP. VIII.

Monasterium subiectum est Episcopo, in cuius diocesi situm est, nisi prætor exemptum, h. d. quoad titulum.

Idem.

Cum dilectus e filius: & infra. Quia causa non poterat in nostra presentia terminari, cum nuncius monasterii super procuracione vel ratihabitione literas non haberet, eam vestro duximus examini committendam, mandantes quatenus si consiterit Abbatem ad sedem Apostolicam antequam Episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel monasterium a jurisdictione Episcopi ejusdem exemptum: eo non obstanti quod Abbas ab eo circumventus præter fratrum suorum assensum ei obedientiam repromisit (cum fraus & dolus ei patrocinari non debeant) iudicatis illas sententias non tenere: Quod si Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit præscriptione tueri: licet probet se ante prædictas sententias appellasse: nihilominus tamen monasterium iudicatis Auri. ecclesie subiacere, in cuius diocesi fundatum d. Similiter eo in probatione appellacionis deficiente, si vobis consiterit de exemptione vel legitima præscriptione: tam Abbatem, quam monasterium ab impetitione Episcopi absolvatis.

CAP. IX.

Novam religionem non licet constituere sine auctoritate Rom.

a Fasfen. b Vid. inf. & Dec. in l. si. C. de edict. div. Had. vol. a Alexan. cons. 39. incipi. visio processu. in 2. volumine. & Felin. in c. ex literis. de fid. infir. c Ca. 2. eod. tit. in 4. compilat. vid. Hyl. & Henr. Bach. d Sittum.

Pont. Nec in diversis monasteriis potest quis esse Abbas vel Monachus, sic principaliter summatur, licet plura dila habeat.

Idem in concilio generali a.

NE nimia b religionum diversitas, gravem in ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam c religionem inveniat: sed quicumque ad religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. Similiter, qui voluerit religionem domum de novo fundare, regulam & institutionem accipiat de approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis, locum Monachi habere præsumat, nec unus Abbas pluribus monasteriis præsidere.

DE CAPELLIS MONACHORVM & aliorum religiosorum.

TITVLVS XXXVII.

CAP. I.

Ad curam monasterio subiectam non Monachi, sed seculares clerici præstentur, & Episcopo subiant.

Urbanus III.

IN ecclesiis ubi Monachi habitant d, populus per Monachum non regatur: sed capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per consilium Monachorum instituitur, ita ut ex solius Episcopi arbitrio tam ordinatio ejus, quam depositio, & totius vitæ pendeat conversatio.

CAP. II.

Si ecclesia non cathedralis vendicat sibi jus in alia ecclesia, obtinebit solum quoad ea, que probatur sibi deberi præscriptione, vel alio legitimo modo. hoc dicit, secundum communem & verum intellectum.

Innocentius III. Archipresbytero & clericis sancta Cecilia.

Dilectus e filius M. syndicus ecclesie vestre ab Oeconomo sancti Laurentii de Piscinula, in scrutiniis, baptismate, & capitulis, & similibus subjectionem postulans, possessionum & petitorium intentabat. Cum enim ecclesia sancti Laurentii sit in parocchia vestra sita, debet de jure communi ecclesie vestre in prædictis omnibus subiacere: quia nec privilegium exemptionis habet, nec præscriptionem pro se poterat allegare, cum illa ecclesia sancte Cecilie præscripsisset, sicut per testes dicebat legitime comprobatur. Præterea cum coram C. Papa prædecessore nostro super prædictis inter vestram & prædictam ecclesiam quaestio verteretur, M. Presbyter ejusdem ecclesie fuit sponte confessus f, quod ecclesie sancte Cecilie scrutinium & baptismata debebat. Cumque pars vestra testes, qui se illum diversis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse assererent, in medium produxisset: eis jurare paratis, prædictus Presbyter se vocatum ivisse ad capitulum est confessus. Vnde prædictus prædecessor noster ecclesiam vestram capitulo, quo se conquesta fuerat spoliata, salvo jure proprietatis ecclesie sancti Laurentii revertere curavit, sicut in ejus literis continetur: per hoc ergo proprietatem, quoad scrutinium & baptismata, & possessionem, quoad capitulum, vestre voluit syndicus comprobare. Ad hæc g sancti Laurentii Oeconomi ex ad-

a Concil. generale. Lateran. sub Innoc. III. c. 13. & C. 3. eod. tit. in 4. compil. b Religiosis. c Vid. Cardm. con. 39. incipit, in aliquibus locis, & Felin. in ca. ecclesia Maria. sup. de consuet. ca. un. eod. tit. in 6. comp. d Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. conc. Trid. sess. 23. tit. de regul. tit. 11. Adde gl. & Archidiacono. 16. q. 2. in summo. e Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. vid. Henric. Boch. hoc 199. cap. f Vid. leg. 1. C. de confess. Bart. in l. certum. & sed ante 199. ff. de Ad hoc.



verso respondit, quod ecclesia illa a nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinebat. Cum enim monasterium monialium fuerit, & generaliter fervetur in urbe, ut nullum monasterium regulares secularibus supponantur: præterea usque hodie nos in ea institutionem & destitutionem liberam exercemus: [ 1 & infra. ] Nos igitur auditis propositis Oeconomum sancti Laurentii syndico vestro in baptismo & scrutinio condemnamus, ita ut per hoc ecclesia Romana nullum præjudicium generetur, si quando forte jus suum duxerit prosequendum. In institutione autem & destitutione & capitulo Oeconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsus absolvimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

[ 1 Cum & bo. me. C. Pp. p. n. dilecti. fil. M. scriptorem, nunc Archiepiscopum, in ea sine cuiuslibet contradictione statueret. Sicut ergo ecclesiam ipsam liberam & in possessione libertatis existeret, illius velut Oeconomus comprobare. Cum ergo pro ea faciat jus commune, in eo videlicet quod universa monasteria voluit ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinere, unde affirmanti contrarium, fides non est aliquatenus adhibenda, nisi super hoc privilegium induxerit specialia. Quod autem dicitur in parochia vestra sita, idem Oeconomus penitus denegavit: sed si hoc verum esset, sufficienter satis se poterat prædita ratione tueri. Confessio autem M. Presbyteri super scrutinio & baptismo ejusdem ecclesia præjudicare non poterit, cum super his inconstans in ejusdem pr. n. presentia non fuisset, sicut ex forma petitionis & conclusionis apparet: hac autem sententia non fuit habitus ecclesia vestra usque, sed eam duxerat usque ad hac tempora supprimendam. ]

CAP. III.

In prioratibus Monachorum non possunt singuli Monachi commorari, etiam si super hoc habeant rescriptum Apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio.

Honorius III. Episc. Venetens.

EX parte tua fuit propositum: [ 1 & infra. ] Abbas & conventus de Riven. Venetens. diocesis occasione literarum Apostolorum. sed. adherent sibi esse concessum, ut in singulis ipsorum prioratibus singuli Monachi commorentur, si plures facultates non supererint eorundem. Cum autem id obviet Lateranensi concilio c. de quo nulla mentio est in literis ante dictis, fraternitati vestre breviter respondemus, quod hujusmodi literas ab Apostolorum. sed. non credimus emanasse. Quod si per occupationem forsitan emanaverint, nolumus per hoc derogari concilio supradicto.

[ 1 Quod conquirentibus olim Abbate & conventu Riven. Naneten. diocesis: quod tu compellere videbatur eosdem ut instituerent plures Monachos in quibusdam suis prioratibus tue diocesis, in quorum singulis singuli Monachi habitus steterunt, cum pluribus facultates non sufficiant eorundem. Nos Abbati S. Albini Andegaven. & collegii eius per nostras dedimus in mandatu, ut de ipsorum locorum facultatibus inquirentes, in eorum singulis facerent plures institui Monachos, si plures eorum sufficiant facultates. Atque tibi auctoritate nostra tubiderent, ne Abbatem & conventum prædictos molestares super instituendis pluribus in eisdem. Vnde idem. ]

CAP. IV.

Ordinarius compellit Abbatem, ut Monachos a prioratibus revocet ad claustrum, vel eis socios adjungat.

Idem Burdegalem. Archiepisc.

AD audientiam nostram pervenit, quod nonnulli Monachi lege tibi præfata subiecti, in quibusdam prioratibus habitant solitarii, contra statutum gene-

a Ipsa. b Rivenens. al Riven. & infra Naneten. c Later. concil. sub Alexand. III. c. 10. refertur supra de stat. Monach. ca. Monach.

ralis concilii a. Ideoq; mandamus, quatenus ipsorum Abbates seu priores, ut vel ipsos ad claustrum & revocent, facientes in ipsis ecclesiis deserviri per clericos seculares: vel alios Monachos eisdem adfocient, cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam compellas.

DE IVRE PATRONATUS.

TITVLVS XXXVIII.

CAP. I.

Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratione, cessatur in ecclesia a divinis, tolluntur reliquia, & ostia claudantur, si alter sine scandalo ecclesia providere non potest. hoc dicit, cum cap. sequens.

Ex concilio Mediolanensi c.

PERlatum est: [ 1 & infra. ] Nobis visum est, quod ecclesia inter hæredes patroni dividi non debet. Et si similitates interfuerint, propter quas faccedos suo ibi officio canonicè fungi non possit: si alter providere non poterit, præcipitur ab Episcopo, ut nullo modo ibi missarum solennia celebentur, donec ad concordiam redeant, & ecclesia sacerdotem canonicè habeat, qui liberè suum ministerium valeat exercere.

[ 1 Ad S. synodum, quod inter hæredes ecclesia in rebus propriis constituta dividantur, & tanta per eandem divisionem simul serventur, ut de uno alteri quatuor partes fiant, & singula partes singulis habeant Presbyteros, quod sine discordia & similitudo in modo fieri potest. Vnde. ]

CAP. II.

Summatum est in cap. proximo.

Ex concilio Triburienfi d.

Quæcunq; ecclesia: [ 1 & infra. ] Si contingat pro ecclesia diffidere patronos, ut eam nolint sub uno Presbytero procurari, Episcopus (si aliter non poterit ipsi consulere) tollat inde reliquias, atque eisdem ecclesia claudat ostia: ut sacrum mysterium nullus in ea celebret, ante quam unum eligant Presbyterum, qui factio sancta sit idoneus procurare.

[ 1 A pluribus coheredibus sit possessa, concordia unanimitate unicusq; procuretur, ne propter aliquas discrepationes servitium Dei minuat, & cura populi irreligiose agatur. ]

CAP. III.

Si patroni in presentando discordant, præsertim præsentia majori parte, si est idoneus: & si hoc sine scandalo fieri non potest, vel patroni intra tempus debitum non presentant, Episcopus ordinabit ecclesiam.

Ex concilio Lateran. g.

Quoniam in quibusdam locis fundatores ecclesiarum, aut hæredes eorum potestate, in qua ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur: & cum una ecclesia unus debeat esse rectoris, pro sua dissensione & plurimos representant. Præsentia decreto statuimus, ut si forte in plures partes i fundatorum se vota diverserint, ille præficiatur ecclesie, qui majoribus jura meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur adfocient. Si autem hoc sine scandalo esse & nequiverit, ordinet

a Quod citatur supra C. præcedenti. b Claustra. c In omnibus antiquis: Mediomatricum. Burhard. lib. 3. decret. ca. 41. & c. 1. eod. tit. in 1. compil. 1. 1. p. 3. c. 46. habet ex concil. Mediomatricum ca. 10. extat tamen hoc decret. in concil. vulgari in forma Cabilonensi secunda, habita sub Imperat. Carolo Magno cap. 26. d. Concil. Triburienfi. c. 32. Burhard. lib. 3. decret. c. 74. 1. 1. p. 3. c. 282. & c. 2. eod. tit. in 1. compil. c. al. ordinari. f. al. Ministerium. quod hic agnovit Histens. g. Sub Alexand. III. ca. 17. & cap. 4. eod. tit. in 1. compil. h. al. defensione. al. dispersione. i. al. personar. k. Vid. Lambert. trad. de jur. patr. art. 4. quæst. 1. p. 2. lib. 2.



antistes ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum viderit ordinandam. Et id ipsum etiam faciat, si de iure patronatus quod sitio emerferit inter alios, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum.

CAP. IV.

Excommunicantur patroni laici, qui clericos instituant & designant in ecclesia etiam patronatus, vel bonas ipsarum alter admittant. Et clerici, qui institutionem laicorum recipiunt, communi preuentur.

Ex eodem a.

Præterea quia in tantum quorundam laicorum procellit audacia, ut Episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, & removeant, cum voluerint, possessionem quoque atque alia ecclesiastica bona pro sua voluntate plerumque distribuunt, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui ecclesiam per laicos sine proprii Episcopi auctoritate receperit, communionem privetur: & si perstitit, à ministerio ecclesiastico & ordine deponatur.

CAP. V.

Si patronus laicus successitve presentat duos, & secundus instituitur ab Episcopo, valet institutio. hoc dicit primo. Patronus non potest clerico vel alteri ecclesie conferre ecclesiam patronatam, vel aliam donare.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

Quod autem a. confusus, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam presentatus, non fuerit ab Episcopo die ecclesiam admittis, & postmodum alius idoneus presentatus, & institutus ab Episcopo, possessionem tenuerit corporalem: an primo clerico ecclesiam petente debeat posterior removeri, vel posterior priori præferri. Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis: quoniam antequam presentatio per diocesanum Episcopum approbatur, ratum non est, quod à patrono fuerit inchoatum. De cetero tuae prud. resp. quod si laici clericis vel collegiis, de concessionibus vel donationibus instrumenta d. confererint in hæc verba vel similia, concessi, vel dedi ecclesiam, & præsentem charta firmavi: si consensus Episcopi non accesserit, nihil agi videtur: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.

CAP. VI.

Comparans vel emens ius patronatus, eo spoliarī debet. Vel sic: Si quis ius patronatus ut possit presentare filium vel nepotem, seu quem vult, eo privari debet. h. d. Et utraq. legitia potest sustentari.

Idem Exoniens. Episc. c.

Via clericis si quidam advocatus g. ecclesiarum comparant, vel quocunque modo possunt, adquirunt, ut postmodum eorum filii, vel nepotes ad easdem ecclesias presententur: præcipimus ut id arctius inhibere procurent. Eisdem advocacionibus taliter adquisitis app. postposita spoliando.

CAP. VII.

Ius patronatus consistens in aliqua universitate temporalium, nunquam ipse universitate: etiam si universitas transeat tantum quoad ius domini, nisi ius patronatus specificè sit exceptum. h. d. Et est notabilis casus, & quædam allegatur.

Idem Herforden. h. Episcopo, & Abbati de Forde.

Ex litteris i. Salabrien. k. Episcopi accepimus, quod defuncta persona ecclesie de Laton. G. miles, qui

a Scitice concil. Lateran. sub Alexand. 3. c. 14. b. præterea. & Ca. 1. cod. tit. in 1. compil. b. Vel. c. Post conc. Lat. sub Alex. 3. p. 11. c. 1. 3. quia autem. & Ca. 7. cod. tit. in 1. compil. d. al. concesserunt. e. Exon. f. Ca. 8. cod. tit. in 1. compil. & post conc. Lat. p. 13. c. 4. g. Advocaciones, in ius solo mansi. h. Herforden. al. Herford. i. Ca. 9. co. tit. in 1. comp. & post conc. Later. p. 11. c. 3. k. Saleberien. al. Saleberien.

villam, in qua ecclesia sita est, à monasterio de Vinton. ad firmam tenebat, ad eandem vacantem G. a. clericum prædicto Episcopo presentavit. postmodum Abbatissa prædicti monasterii alium presentavit eidem ad ecclesiam supra scriptam, quo nolente presentatum ab ea recipere, apud Cantuariensem Archiepiscopum gravem de Episcopo deponit quæstionem: [ i & infra. ] Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod præfato militi præscripta villa fuerit non excepto iure patronatus ad firmam concessa, vel antequam de iure patronatus inter Abbatissam & militem controversa esset suborta, præfatus Gui. in præscripta ecclesia per Episcopum ad presentationem militis institutus fuisset: ei (dummodo aliàs sit idoneus) adjudicetis ecclesiam, ita quod si Abbatissa obtineat adversus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

[ 1 Archiepiscopus autem quia visum sibi erat, quod factum militi super presentatione præfata nullius esset momenti, prædicto Episcopo in virtute obedientie injunxit, quod personam illam reciperet, & in possessionem induceret, quam Abbatissa sibi decreverat presentandam. ]

CAP. VIII.

Si laicus clerico vel religioso loco concedit ecclesiam sine consensu Episcopi, non obstante tali concessione, qua non valet ad ipsam ecclesiam cum vacaverit, poterit presentare, & eam alteri ecclesie de consensu Episcopi poterit concedere. hoc dicit, cura ca. laici, & cap. suggestum. infra, ead.

Idem Vintonien. Episcopo b.

Illud prætereundum e non duximus, quod si laicus Episcopo inconsulto ecclesiam non vacantem concedit religioso domui, & postea cum vacaverit ad presentationem ejusdem laici clericus ibi fuerit per diocesi. Episcopum institutus: prior concessio secundam institutionem, quo minus habeatur rata & firma, non potest aliquatenus impedire: cum illa concessio de iure nullius potest esse momenti, tum quia de re non vacante facta est, tum quia laicus sine auctoritate Episcopi nemini potest ecclesiam dare, licet religioso loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si verò ius patronatus e vacante ecclesia religioso loco contulerit, & aliquis sine presentatione fratrum ejusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus, ejus secundum rigorem juris est institutio irritanda.

CAP. IX.

Instituitur in ecclesia patronatus per novos patronos mutari non possunt, nec vicissitudines ecclesiarum per eos fieri.

Idem eisdem.

Verimoniam: & infra. Absurdum videtur omnino, ut ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes, ecclesiarum ordinationes mutantur. Et vicissitudines ecclesiarum ab advocatis vel aliis præsumantur.

CAP. X.

Patronus ecclesiam clerico conferre non potest: & si contulerit, potest hoc non obstante ad ecclesiam presentare relictorem.

Idem Eboracen. Archiepiscopi.

Cum laici Episcopis g. nescientibus aut non consentientibus ecclesias clericis concedunt, in quibus habent ius patronatus, & postea pœnitentia ducti, alios ad easdem Episcopis representant, & illi ad eorum presentationem in eisdem ecclesiis ab Episcopis instituantur,

a V. al. VV. b Vinton. al. Vinton. c Ca. 10. cod. tit. in 1. compil. & post concil. Later. p. 11. d. Ind. concil. Trid. sess. 14. c. 12. d. Ecclesiam. e. Patronatus ius conferendi, &c. f. Ca. 11. cod. tit. in 1. compil. & post concil. Later. p. 11. & ca. 7. g. Ca. 12. co. tit. in 1. compil. & post concil. Later. p. 11. c. 3. vid. concil. Trident. citatum supr. c. illud.



eorum debet institutio stare, qui auctoritate sunt Episcopi instituti, concessione priori (quæ nulla est) omnino evacuata. Non enim licet laicos in ecclesiis præsumptione propria ordinare.

CAP. XI.

Religiosi vindicare vel retinere non possunt ecclesias sibi concessas à laicis sine diocesani consensu, nisi legitime præscripserint, vel postea diocesani consenserint.

Idem Abbasibus, Prioribus, & clericis per Archiepiscopatum Eboracen. constitutus.

Vra a pastoralis: [ 1 & 7. ] Mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diocesis, Episcopi, & consensus adsit, nullus vestrum aliquas sibi ecclesias vindicare præsumat, vel retinere taliter adquisitas, nisi legitima b fuerit præscriptione munitus, aut diocesani Episcopi habuerit postea consensum. Cum enim laici non possint in alios, nisi jus, quod habent, transferre, hujusmodi concessiones irritas penitus esse censemus.

[ 1 Necessitate constringimur, & auctoritate nobis injuncti officii provocamur pro statu ecclesie vrgis studio satagere, & ne contra jus ordinem alicui conferri valeat, attentiori volumus sollicitudine providere. Inde est quod uniu. n. p. a. f. p. ]

CAP. XII.

Si patrum ecclesia vacantis intra tempus à jure concessum non presentant, Episcopus ordinabit ecclesias.

Idem Lingonen. c. Episcopo.

Siverò ordinatio alicujus ecclesie d ad tuam institutionem spectat, & pro controversia laicorum de jure patronatus inter se disceptantium prorogatur: Fas tibi sit appel. remota in eadem personam idoneam instituire: ita quòd representetur ab eo, qui jus evicerit patronatus.

CAP. XIII.

Si jus patronatus ecclesia advenit ad exemptos, per hoc in nullo debet ladi jus Episcopale.

Idem Hospitalariis.

Um seculum e reliqueritis: [ 1 & 7. ] Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, alterve adquiretorum, vel etiam alio modo jus patronatus in ecclesiis parochialibus adquisieritis, Episcopo jus parochiale minuere præsumatis.

[ 1 Ut creatori vestro possitis in arce contemplationis placere, decet vos ab his qua sunt obvia rationi abstinere, vel qua reprehensionis subiacent, ne vestram opinionem vel famam valeant denigrare. Inde est quod uniu. n. distributus per a. f. ]

CAP. XIV.

Sine consensu patrum non potest quis ecclesiam occupare.

Idem.

EX insinuatione f O. clericis accepimus, quòd cum eci frater ejus jus patronatus, quod in quibusdam ecclesiis habebat, liberaliter contulisset: eas quidam sine ipsius adsensu occuparunt, & detinent occupatas: [ 1 & infra. ] Mandamus, quatenus, si est ita, earum detentores, ut eisdem prædicto clerico restituant per eum liberè & pacifice ordinandas, monitione præmissa compellas.

[ 1 Quia igitur nostra interest, qua minus ordinari à subiectis attemptantur, ad relictudinis tramitem revocare, f. t. p. a. f. ]

CAP. XV.

Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.

a Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. b al. longa, quam etiam vocem hic Hostiensis cognoscit. c Lingonen. al. Landon. d Ca. 15. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lateran. part. 15. c. 12. e C. 16. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 13. f Ca. 17. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 14.

Idem a Adonen. Episc.

CONSULTUIT b nos: [ 1 & infra. ] Cum sanctuarium Dei jure hæreditario teneri non possit: Non decet aliquatenus sustineri, vel clericis ecclesiis à parentibus suis fundatas, propria auctoritate detineant, aut laici filii vel aliquibus laicis concedant easdem.

[ 1 Tua frat. quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesia constructas hæreditario jure sibi vindicant, nec tibi valent eorundem respondere, & de laicis qui præscriptas ecclesias filii vel filias, nepotibus suis dare nituntur. ]

CAP. XVI.

Tua patronatus per se vendi non potest.

Idem.

DE jure e verò patronatus: [ 1 & 7. ] Mandamus, quatenus si R. illud comparavit (cum inconveniens sit vendi jus patronatus, quod est spirituali adnexum) contractum illum irritum esse decernas.

[ 1 In præscripta capolla, hoc dicit, tua. ]

CAP. XVII.

Patronus non potest sine Episcopi vel Papa consensu, etiam suo religioso conferre ecclesia decimas, vel aliud spirituale.

Idem.

NVllus laicus d decimas, aut ecclesiam, aut quicquid ecclesiastici juris est, sine concessione sui Pontificis monasteriis vel canonicis conferat. Et si quis Episcopus improbitatis vel avaritiae causa consentire noluerit, Romano Pontifici nunciatur: & quod offerendum est, iure ejus licentia offeratur.

CAP. XVIII.

Si quis Episcopus in ecclesia alterius diocesis est patronus, presentatus ab eo debet admitti, si est idoneus.

Idem.

Significasti e: & infra. Si Episcopi post promotionem suam presentaciones personarum ad ecclesias à patronis earum pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint: personæ idoneæ, quas ad eas vacantes presentaverint, sunt admittendæ.

CAP. XIX.

Institutus ad presentacionem ejus, qui tunc jus patronatus ecclesie possidebat, removeri non debet, licet illud jus ab eo postmodum evincatur: scilicet si non possidebat, sed tantum credebat esse patronum.

Idem Abbati S. Alberti.

CONSULTATIONIBUS f: & infra. Si quis clericus à Ordinario iudice in ecclesia fuerit institutus ad presentacionem illius, qui ejusdem credebat esse patronus, & postea jus patronatus alius evicerit in iudicio, institutus non debet ab ipsa propter hoc removeri, si tempore presentacionis suæ ille, qui eum presentavit, jus patronatus ecclesie possidebat, cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in posterum præjudicium generetur. Si verò non possidebat, sed tantum credebat esse patronum, cum non esset, poterit ab eadem ecclesia removeri.

CAP. XX.

Valet secunda concessio ecclesie facta alteri ecclesie per Episcopum & patronum, non obstante priori facta per patronum solum.

Idem Eboracen. Archiepiscopo.

VGgestum g est, quòd cum ecclesie quardam de adsensu domini fundi auctoritate Eboracen. archiepiscopi ecclesie beati Petri Eboracen. concessæ & assignatæ sint in præbendam, canonici de Novoburgo concessionem illam irritare nituntur occasione donationis.

a Adon. al. Andreus. al. Andren. al. Abdon. b Ca. 11. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 16. c Ca. 20. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 17. d Ca. 21. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 18. e C. 22. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 19. f C. 23. eod. tit. in 1. comp. Vid. Abbat. cons. 54. g Ca. 27. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 16. c. 23. quam



quam sibi adferunt prius factam. Vnde licet in donationibus ecclesiarum requirendus sit & expectandus patronorum consensus: quia tamen ecclesia nisi auctoritas interuenit pontificalis, canonicè concedi non possunt: significamus quod prior concessio, si cum ad sensu patroni, & auctoritate dioecelani a Episcopi facta est, aut eius assensus fuerit postea subsecutus, posteriori concessioni praeferatur, alioquin illa debet praeferi, quamvis posterior facta, quae consensu Domini fundi, & Episcopi auctoritate fulcitur.

CAP. XXI.

Ab officio & beneficio remouetur, qui monitus non dimittit ecclesiam sine consensu Episcopi sibi concessam, h. d.

Idem Archiepiscopi & Episcopi, per Angliam constitutus.

Relatum b est, quod nonnulli occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia ecclesiastica sibi praesument in paroccijs vestris vindicare. Quoniam igitur huiusmodi personæ non intrant per ostium, sed aliunde ascendunt, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine, vel praeogatiua gaudere: mandamus, quatenus eos si communiti praedicta minime resignauerint (nisi Episcopali concessione e fuerint muniti) ab officio reddatis, & beneficio alienos: [ 1 & infra. ]

[ 1 Et si nec sic destiterint, vinculo anathematis immedietis, & quousque ad condignam satisfactionem tenentur, & seneri factuati adhibentur. ]

Laici iuantes ecclesiam excommunicantur, h. d.

Ad hoc quoniam quidam laici ecclesias possessionibus spoliant, ut sic viros ecclesiasticos faciant coram seculari iudice litigare, vobis iniungimus, ut id publicè submerminatione curetis anathematis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestrae contempserit extiterit, cum excommunicationi subdatis.

CAP. XXII.

Si qua sit iuris patronatus intra sex menses non terminatur a tempore vacationis libere potest Episcopus sine praesentatione ibidem restituere rectorum, h. d. Sed intellige de patronis ecclesiasticis: nam in laicis sufficiunt quatuor menses.

Idem.

Amte d decet: & infra. Illas autem ecclesias, de quarum patronatu controversia fuerit, si intra sex menses, postquam vacaverint, non fuerit e, controversia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare.

CAP. XXIII.

Patronus ius patronatus propria auctoritate alienare non potest, nec ab ecclesia aliquid temporale exigere, nisi tempore fundationis a diacono illud fuerit sibi reseruatum.

Lucius III.

Præterea f quoniam advocati ecclesiarum ius aduocationis, donationis, vel emptionis titulo, alijsq; pro sua voluntate contractibus in alios transferre praesument, fodrum, albergarias, regium, & similia tanquam a propria rusticis ab ecclesijs extorquentes: Praesenti decreto statuimus eos siue advocati, siue patroni, vel vicemini, siue custodes, vel guardias habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, a gravaminibus ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis præter antiquos & moderatos redditus a locorum Episcopis institutos exigere: aut si aliud exegerint g excommunicationi subdantur. Contractus quoq; huiusmodi, quos fecerint, vel facient in futurum, vim aliquam decernimus non habere.

a Vox Episcopi, deest in antiq. b Ca. 27. eod. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 10. c. 23. vid. conc. Trident. Sess. 14. de refor. ca. 13. c. benefic. d Ca. 5. & de ata. & qual. in 1. comp. e Vox controversia, deest. f Ca. 29. eod. tit. in 1. compilat. g excommunicabuntur.

CAP. XXIV.

In pluribus successivè presentatus a patrono laico, Episcopo datur gratificatio: sed in praesentatis a persona ecclesiastica, prior est primo presentatus. hoc dicit, specialiter: & est unum de principalioribus capit. tituli.

Idem Norvici. Episcopi.

Um autem a advocatus clericum idoneum Episcopo presentaverit, & postlaverit postmodum eo non refutato, alium æque idoneum in eadem ecclesia admittit: quis eorum alteri præferatur, iudicio Episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cuius jus competit presentandi. Verum, si collegium, vel ecclesiastica persona presentacionem haberet, qui prior est tempore, iure potior esse videatur.

CAP. XXV.

Ex constructione ecclesie facta de consensu Episcopi acquiritur ius patronatus. hoc primo. Patronus non eligit praelatum in conventuali ecclesia, sed in capella sic. hoc secundo. Patrono debetur processio honor, & alimentatur ab ecclesia, si vergat ad inopiam. hoc tertio. Et iste textus est de principalioribus.

Clemens III.

Nobis b fuit: [ 1 & infra. ] Inquisitioni tuae tale damus e responsum, quod si quis ecclesiam cum ad sensu dioecelani construxit d, ex eo ius patronatus adquiret. Ceterum in conventuali ecclesia non electioni praelati faciendæ, sed iam factæ, honestius patroni postulatur ad sensu, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen est in capella, in qua unus presbyter a patrono eligitur, & pro institutione habenda loci Episcopo presentatur. Pro fundacione quoque e ecclesie honor processio fundatori servatur: & si ad inopiam vergat, ab ecclesia illi f modeste succurritur, sicut in laicis est canonibus institutum.

[ 1 Præterea quod fructus a nobis si aliqui offeratur sola constructione patronus, vel si ad electionem plebani sit cum clericis admittendus, seu ab ipsa repellendus omnino, tamen si de longa consuetudine allegaverit se electioni interesse debere. ]

CAP. XXVI.

Patronus ecclesia vacantis quamquam sit clericus, ad eam se presentare non potest.

Innocentius III. Rothomagen. Archiepiscopo.

Per nostras g postulasti licet edoceri, utrum clericus ad vacantem ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, seipsum (si est idoneus) valeat presentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat ecclesiasticae praelationis officii: respond. quod nullus se potest ad personatum alicuius ecclesie presentare, quantumcunq; idoneus sit, & quibuscunq; studiis & meritis adjuvetur.

CAP. XXVII.

De quaestio iuris patronatus inter patronos non definitur intra quatuor menses, Episcopus ordinabit ecclesiam sine praesentatione eorundem.

Idem Conventren. Episcopi.

Um propter discordias laicorum: [ 1 & infra. ] Fr. t. mandamus, quatenus si de iure patronatus quaestio emerit inter aliquos, & ab eo, cui competit, intra quatuor menses non fuerit definitum, extunc ecclesiam ipsam de persona non differas idonea ordinare: ita quod illi ex hoc non debeat in posterum prejudicium generari, qui ius evicerit patronatus.

a Ca. 30. eod. tit. in 1. compilat. b post conc. Lat. p. 10. c. 23. & Lamb. de iure patr. art. 19. q. 7. c. art. 1. q. 1. c. 1. 2. b Ca. 2. eod. tit. in 2. compil. vid. conc. Trident. Sess. 14. de refor. c. 12. & Sess. 25. de refor. c. al. taliter respond. d construxerit. e Vox ecclesia, deest. f moderatè. g Ca. 1. eod. tit. in 3. compil.





[ 1 Non debeat ecclesie praedictum generari, grave gerimus & indignum, quod sicut nostro est Apostolatus referatur, occasione diffinitionis, qua de iure patronatus veritur inter eos, & ecclesia plus debito remanent viduata rectoribus, quod in ipsarum grave dispendium nostrum redundare. Verum quoniam secundum Apostolum instantia nostra quotidiana est, omnium ecclesiarum sollicitudo continua, volentes huic qua praemissimus ex debito Pontificatus officii obviare. ]

## CAP. XXVIII.

Legatus de latere ecclesiam, cuius alia ecclesia est patrona, collationis sua reservare potest, licet non vacet, & conferre cum vacat. hoc primo. Ex duobus praesentatis a patrono laico, potest superior instruire secundum hoc secundo. Et sic quoad intellectum iste textus habet duo dicta, licet quoad litteram ambo commiscantur.

Idem Archidiaconus & cancellarius Alisfidoren.

**C**um dilectus filius: [ 1 & infra. ] Cum Hostiensis Episcopus, tunc sed. Apokol. leg. Archidiacono Carnoten. mandaverat, ut ecclesiam, quam in Archidiacon. suo primò vacare contingeret, donationi sua servaret, inhibens ne alicui conferret eandem: de qua G. b. clericus disposuerat providere, & ecclesia de Berovilla ibi vacasset, idem Archidiacon. contra mandatum eiusdem legati, ad ipsam G. Subdiacon. praesentavit: cuius facto ab eodem legato cassato, ipse praefato G. concessit ecclesiam sic vacantem: [ 2 & infra. ] Vacante verò quadam praebenda in ecclesia sancti Martini Carnoten. dioecel. Episcopus dictam ecclesiam ad praesentationem Archidiacon. H. clerico, praebendam verò praefato G. assignare curavit. Unde ipse H. supplicabat eandem sibi ecclesiam confirmari, utpote quam ad praesentationem Archidiacon. veri patroni se dicebat adeptum: [ 2 & infra. ] Nos igitur attendentes, quod est praefatus Archidiacon. memoratum C. tanquam laicus & ad illam ecclesiam praesentasset: quia tamen per dioecesanum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem Archidiacon. praesentatus, à dioecelano Episcopo institutus, iuxta statutum Alexandri Papae, non primus, sed secundus jus est assecutus in ecclesia memorata, & si Archidiacon. praefatum G. tanquam clericus praesentavit: quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat, suberat jurisdictioni legati: unde postquam idem legatus donationem illius ecclesiae sibi decreverat referendam, ad eam tanquam clericus non potuit quempiam praesentare: praesentationem ipsius minus canonicè factam decernimus irritam, & ea non obstante concessionem eiusdem ecclesiae factam praenominato H. pronunciamus canonicam extitisse, ad iudicantes eidem praefatam ecclesiam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plenè ac pacifice possidendam: praedicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

[ 1 Magister V. Valterus de Pisis, pro se ipso, & Magister H. de Fenomano pro Decano de Alveolo, pro ecclesia de Beavilla in vicem litigaverunt, dis. si. n. g. S. M. in porticu. Diacon. Cardin. concessimus auditorem, in cuius praesentia idem Magister proposuit, quod. ]  
[ 2 Contra procurator Decani respondit, quod & si dictus legatus donationi sua reservare mandaverat, primò in Archidiaconatu Carnoten. ecclesiam vacantem vel vacantem: circa tamen praedictam ecclesiam facere hoc de iure non potuit, quia talis possessus sibi minime pertinebat vel competeat, cum praesentatio clerici ad illam ecclesiam non tanquam clerici, sed quasi laico ratione patronatus, non iure Archidiaconatus eidem Archidiacono pertineret: unde cum inhibitionem ipsius in hoc idem Archidiacon. custodire

a. d. tit. l. i. de collation. vid. concil. Tridentin. Sess. 24. ca. 19. ubi quomodo reservationes videntur praesentari. b. y. c. Clericus in patrimonialibus concessa, ut laicum, vid. apud Albert. de Rosa, in l. si quis contra jus vel util. public. d. decrevimus, & vix, in l. d. d. in omnibus antiquis exemplaribus.

minime teneretur, alium non ad eandem ecclesiam, de iure potuit praesentare, ac praesentatio eius debet ex qua de persona talis facta est, firmata esse.]

## CAP. XXIX.

Si laicus patronatus duos successores praesentet, valet institutio de secundo non obstante appellatione prius facta per primum: Episcopus tamen qui malitiose primum repulit, eidem in competenti beneficio providere compellitur: & in ultimo est casus singularis, idem Elia. p. p.

**P**astoralis officii: & infra. Postulasti edoceri, an clericus ad aliquam ecclesiam, à patrono laico praesentatus, si dioecelanus Episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi praesentatione aliquid juris assequatur in illa. Et si forte idem ad sedem Apostolicam appellaverit, & post appellationem: ab ipso interpositam, idem patronus alium curaverit praesentare, ad secundum instituit b. Episcopus praesentatum, idem ab ipsa ecclesia debeat amoveri. Nos igitur Alexand. Papae vestigiis inhaerentes, qui inter praesentatos à clerico & laico patronis distinguens, inter praesentatos à laico conditionem possidentis censuit meliorem: dicimus quod institutio praesentati, secundo loco à laico patrono, rebus obtinet firmitatis. Veruntamen constituimus, ut Episcopus, qui praesentatum idoneum malitiose reclusit admittere, ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur: quatenus puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

## CAP. XXX.

Si ad praesentationem rectoris ad titulum ecclesiae aliquis fuerit ordinatus patronus, qui non consensit, ad ipsam cum vacabit, poterit praesentare.

Idem e. Auriem. Episcopo.

**P**ostulasti per d. sedem Apostolicam edoceri, [ut cum rectores] parochialium ecclesiarum quosdam praesentent ad suarum ecclesiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, utrum jus illis salvum maneat eligendi, utcum ipsas ecclesias vacare contigerit, intulit huiusmodi non sint aliis praefereudi? Ad quod breviter respondit, quod per intulit huiusmodi nullum patroni praedictum generatur, quin possint alios ad illas ecclesias cum vacaverit praesentare, nisi de patronorum processisset assensu.

## CAP. XXXI.

Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre non potest, & si consulit, potest nihilominus ad illam praesentare.

Gregorius IX. Archiepiscopi. Eboracen.

**T**ransmissa ad nos tua littera continebant, quod cum capitulum Eboracen. ecclesiam de Gametforte vacantem, in qua jus obtinet patronatus R. clerico f. concessissent, ipsi postmodum L. clericum tibi ad eandem R. ad sedem Apostolicam intercedam: & infra. Consulti. t. t. respon. quod cum ex vi juris patronatus non concessio, sed praesentatio pertinet ad patronum praesentatum (si ei aliquid non obstat canonicum) instituire in ipsa ecclesia poteris, utpote potiorum.

a. Quare superioribus titulis & libris quod hic obfessum est, Ca. 4. eod. tit. in 3. compilat. vid. Archidiacon. in c. decernimus. ib. 9. 7. Geminianum in c. per simoniam. 20. dist. & Host. in sum. tit. de iure patr. 5. in quib. b. instituit. c. al. Athavens. d. E. i. eod. tit. in 3. compil. vid. Henr. Boich. & Lambert. de iure patron. artic. 2. q. 3. lib. 2. & art. 6. q. 3. lib. 3. c. generetur. f. Non representando, quod facere poterunt: sed conferendo, quod facere non possunt.

DE CENSIBVS a, EXACTIO-  
nibus, & procurationi-  
bus.

TITVLVS XXXIX.

CAP. I.

*Ecclesia fundanda debet pro dote tribui Mansus liber à quolibet seruitio temporali: ad ecclesiasticum tamen teneri: sed si aliquid conferatur ecclesia ultra Mansum, tenetur ecclesia ex eo solvere eorum consuetudo. h. d. in harendo litera.*

*Ex concilio apud Guarnaciam.*

**S**ancium b est, ut unicuique ecclesie unus Mansus integer, & absque illo seruitio tribuatur. Et Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de azeis c, vel de horis iuxta ecclesiam positis, neque de predicto Manso aliquod seruitium faciant prater ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus debitum seruitium impendant.

CAP. II.

*Soluitur tributum arguit subiectionem.*

*Augustinus super epistolam ad Rom.*

**O**mnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit: & infra. Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa prastatis, quia hæc est probatio subiectionis.

CAP. III.

*Non nulli Episcopus novum censum imponere monasterio.*

*Gregorius Stephano d Cantori.*

**C**ientes e: [ 1 & infra. ] Adseruit predictus Abbas d Presbyterum Massa novas monasterio consuetudines imponere: [ 2 & 3. ] Mandamus, quatenus si ab initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid noviter non permittas imponi.

[ 1 Magnitudinem charitatis vestrae toto Dominum corde diligite, &c. qua sunt in registro. ]  
[ 2 Quia ex tempore conditi monasterii per tricennale tempus habitus non fuerint. ]

CAP. IV.

*Locu & pauper ad collectas non tenentur.*

*Idem Constantino Episc.*

**L**ecus f multum: & infra. Dixit quoque predictus Leucus, quod ad collectas inter alios pariter compellatur: quod fieri non permittas: quia eum, quem caritas sua gravat, inhumanum est nimis in collectione affligere: cui debuerat ex collectis, si esset necessitas, misereri.

CAP. V.

*Tenui censum debet rationem exprimere.*

*Paschalis II. Comitibus Mastilla.*

**P**ervenit g ad nos: [ 1 & infra. ] Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod census ignorantie nec divinis, nec humanis legibus invenitur: oportet quippe ut omnis census, ad quid, & quando persolvi debeat, prasciatur.

[ 1 Quod Fraxinorum Abbas Carpentem ecclesiam fuerit deprecatus, occasione scilicet eiusdem census, qui ad quid solvi debeat ignoratur, de quo mirum cum nos Archiepiscopus interrogaret, ut quod rationale videbatur, responderemus. ]

a Vid. Thiercrematam in ca. quatum. i. quast. 3. & Covarotiam lib. 3. var. resol. ca. 7. & Sotum lib. 6. de iust. & iur. qu. 5. artic. 6. Burchard. lib. 3. decret. ca. 52. 1vo part. 3. ca. 35. & ca. 2. eod. tit. in 1. compilat. c. Alia, atris, sed omnes Vaticani habent, ut est impressum. d Charulario lib. 12. epist. 10. Indulgentie 7. Contus. e Ca. 4. eod. tit. in 1. compilat. f Ca. 7. de restitut. spoliat. in 1. comp. g Ca. 5. eod. tit. in 1. compilat. vid. Calderi. consil. tit. de libel. obli.

CAP. VI.

*Determinat concilium numerum equorum, quos secum ducere possunt pralati visitantes: & prohibet eis tunc uti venationibus, & sumptuosas epulas querere. hoc primo, usq. ad ver. prohibemus.*

*Ex concilio Lateran. a*

**C**um Apostolus se ac suos propriis manibus decreverit exhibendos b, ut locum prædicandi auferret Pseudoapostolis, & illis quibus prædicabat, non existeret onerosus: grave nimis esse dignoscitur, quod quidam prælatorum ita in procurationibus graves existant, ut interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, & longi temporis victum brevis hora consumat e. Quocirca statuimus, quod Archiepiscopi parochias visitantes, pro diversitate provinciarum, & facultatibus ecclesiarum 40. vel 50. evectio num, Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. nunquam d excedant, Archidiaconi verò 5. vel 7. Decani constituti sub Episcopis & duobus equis contenti existant. Nec eum canibus venatoriis, & auribus proficiscantur, sed ita procedant, ut non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, querere videantur. Nec sumptuosas epulas querant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honestè ac competenter illis fuerit ministratum.

*Pralati non debent gravare subditos talliis, & exactionibus: permittitur tamen ex iusta causa petere ab eis moderatum auxilium. h. d. usq. ad 5. sane.*

Prohibemus etiam ne subditos suos talliis & exactionibus Episcopi gravare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superveniunt, ut si manifesta ac rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat Apostolus: Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis: multum longè à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graves existant, quos incunctis necessitatibus pastoris debent more fovere. Archidiaconi verò sive Decani, nullas exactiones sive tallias in Presbyteros seu clericos exercere præsumant.

*In effectis dicitur, quod numerus equorum statutus in prin. ea non debet trans ad augendum numerum alius solutum. Abbas.*

Sane quod de predicto numero evectio nis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit observari, in quibus ampliores sunt redditus & ecclesiasticæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus tenere mensuram, ut ex accessu majorum, minores merito non dolcant se gravari. Nec sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis uti solebant, hæcenus plurium sibi credant potestatem indultam.

CAP. VII.

*Novus census ecclesie imponi non potest, nec antiquus augeri. h. d. & est de principalioribus huius tituli.*

*Ex eodem f.*

**P**rohibemus insuper, ne ab Abbatibus Episcopis, vel aliis prælatibus novi census imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis usibus à propriare præsumant: sed libertatem, quam sibi majores conservare desiderant, minoribus suis bona voluntate conferent. Si quis verò aliter fecerit, irritum quod egerit habeatur.

CAP. VIII.

*Pralatus seu rector ecclesie non potest, præsertim post mortem, ecclesiam suam propria auctoritate constituere censuales.*

a Sub Alexand. III. ca. 4. & 6. eod. titul. in 1. compilatione. b al. alendos, ut est in concilio in margine. c Vid. l. jus alimentorum. ff. ubi pupil. educ. de. d misquam. e al. ipsi. f Concil. Lateran. sub Alexand. III. ca. 7. 4. prohibemus. & ca. eod. tit. in 1. compilat.

Alexander III. *Vigorn. Episc. a*  
**P**raterea b illi, qui Episcopo ignorante auctoritate sua pensionem annuam de ecclesiis quadam illusione c solverint sive receperint, eis defunctis in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, si Pontificis aut alterius, qui de iure id facere potuerit, auctoritatem & adfensum super hoc intervenisse confiterit. Non enim simplices sacerdotibus vel clericis possunt ecclesias, quibus praesunt, auctoritate sua (praesertim post decessum suum) efficere censuales.

CAP. IX.

Breve est, vel per alia verba summatur sic: Episcopus ecclesia de manu laici per se crepta non potest ob hoc censum imponere.

Idem Carnoten. Episc. d

**E**cclésiis e, quas de novo Episcopi de manibus laicorum eripiunt, praeter cathedraicum, & iura omnia, quae aliis ecclesiis imponuntur, exactionem prohibemus imponi.

CAP. X.

Nova pedagia sine consensu Principis imponendi, communione privatur.

Idem f.

**I**nnovamus: [ & infra. ] Nec quisquam alicui g novas pedagiorum exactiones sine auctoritate & consensu Regum & Principum statuerit aliquo modo praesumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & communio h non desitit, donec satisfaciatur, communione careat Christiana.

CAP. XI.

Qui per collusionem constituit ecclesiam censualem, illa privabitur.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

**C**um clerici i: & infra. Ad hoc quia clerici quidam cum religiosis collusionem facta citra auctoritatem dioecese. Episcopi ecclesias, quas tenent, eis constituunt censuales, ut post decessum eorumdem, eadem ecclesia per representationem eorumdem religiosorum ad filios vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri. Praecipimus, ut si qui inventi fuerint facere talia, eos a praescriptis ecclesiis non differatis appellat. postposita, removere.

CAP. XII.

Si collectores gravant ecclesias, privati debent officio.

Idem.

**E**A h, qua de avaritia: & j. Cum autem propter B. Petri visitationem denariorum collectam per Archidiaconatus vestros feceritis, ecclesias vel parochias non gravetis. Quod si fecus praesumpseritis, id quod videmini habere, auferetur a vobis l.

CAP. XIII.

Qui recipit iuramentum de novo censu imposito ecclesia persolvendo, compellitur iuramentum absolvere.

Lucius III.

**S**ignificavit m nobis T. rector ecclesiae de Fulzig. n quod cum a Monachis de Castig. o ad regimen ipsius

a Vigor. alit. Vigornen. alit. Wigorn. b Ca. 8. eod. titul. in prima compilation. & post concil. Lateranens. sub Alexandr. III. part. 28. ca. 9. c collusionem, legitur post concilium, & forte aptius est. d Carnoc. in uno, ceteri habent Carnaten. e Cap. 10. eod. tit. in prima compilation. & post concil. Lateranens. part. 2. ca. 8. f scilicet Alexandr. III. in concil. Lateranen. cap. 22. & ca. 2. de treuga & pace, in prima compilation. vid. Sylvestrum in summa. g alicubi, legitur in antiquis. h montis. i Ca. 17. tit. de simonia, in 1. comp. & post concil. p. 28. k Ca. 15. tit. de simon. in 1. comp. & post concil. Lat. p. 2. c. 4. l Matth. 25. & Luc. 19. in Ca. 1. eod. tit. in 2. comp. n Fulzig. al. Fuzigen. o Claufig. al. Claustrigen.

ecclesiae fuisset a electis: de solvendo eis annuo censum trium marcharum, quas praedecessor eius solverat, praestitit sacramentum: postmodum Episcopus dicebat. ne ipsum censum Monachis solveret, nisi prius constaret, quod Episcopo auctoritate fuisset impositus, in periculum ordinis sui interdixit: [ 1 & j. ] Quocirca mandamus, quatenus si praesatum censum auctoritate praesulis, & non de novo impositum fuisse confiterit, Episcopo praecipias, ut prohibitionem sine dilatione relaxet. Si vero census sit de novo impositus, sive auctoritate Episcopi hoc factum fuerit, sive non, eisdem Monachis, ut clericum a iuramento absolvant, app. re. compellat.

[ 1 Unde praed. rector hinc perjurii reatum metuit, inde timet etiam inobedientiam, periculum imminere.

CAP. XIV.

Archiepiscopus visitans provinciam, etiam a monasterio provinciae procurare debet.

Idem Raven. Archiepisc. e.

**S**opitiz b: [ 1 & infra. ] Sanè cum inter te & monasteria Bononiae super procuratoribus, quas ab eis exegeras, controversia verteretur: [ 2 & infra. ] Abbas sancti Proculi, omnium aliorum procurator, sicut ceteris quas portavit, apparuit, super hoc diutius litigavit: [ 3 & infra. ] Sed tu procuraciones ipsas in aliis monasteriis tuae provinciae adferens tibi sine contradictione praestari, eas praedecessoribus tuis in monasteriis Bononiae exhibitas, per testes idoneos probavisti. Indecorice vidimus intentionem tuam iure communi, & praedecessorum tuorum consuetudine adjuvari. Ea propter monasteria supradicta condemnavimus ad procuracionem, secundum facultates eorum tibi cuiusque successores exhibendam.

[ 1 Iudices sed. Apost. quastiones scripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per oblivionem processu temporis valeant suscitari: ut autem sententia maiorem habeat firmitatem, ep. rescripti munimine roborantur. ]

[ 2 Causam ven. f. n. Alban. Episcopo commisionem terminandam. Postmodum vero dil. fin. n. ]

[ 3 Unde nullum pro parte sua privilegium Rom. ecclesia vel Ravennatibus exhibuit, nec ostendit per longam consuetudinem se commutatum. ]

CAP. XV.

Patroni etiam clerici no iam censum ecclesia imponere possunt, nec veterem augere: & si super hoc iuramenta vel iustitias exegerunt, coguntur absolvere.

Clemens III.

**G**ravis e admodum: [ 1 & infra. ] Ecclesiarum personae, cum ecclesias vacare contingit, non sicut quinquam ad ipsarum regimen volunt vocare, nisi iuxta novum censum ecclesiis illis imponant, aut veterem contra constitutionem concilii Lateran. d augmentent, ad ipsius solutionem instituendum Presbyterum iuratoria, vel fidei iussoria cautione cogentes: [ 2 & infra. ] Discer. vestra mandamus, quatenus quaecunque constituerit contra constitutionem praedictam super ecclesiis, vel earum censu a tempore constitutionis huius attentata, in irritum revocantes, Presbyteros, quos super his iuramenta imposta faciatis absolvi: eos qui de cetero contra formam canonum super his venire praesumpserint, canonice punientes.

[ 1 Et correptione dignissima super querela in audientia nostra est proposita, quod facta conscientia sub dissimulatione transire non possumus. Cuius enim quadam. ]

[ 2 Unde saepe contingit, ut dioecese. Episcopo excessiva iniustitiam ignorante, vel eo minime requisito, in ecclesia sua

a Assumpsit. b Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. c Ca. 4. eod. tit. in 2. comp. & de mater. vid. Cardin. in Clem. 1. §. 2. d. excess. p. 1. d. Later. sub Alex. III. c. 7. & 8. prohibemus.



inducant pro sua voluntate arbitrio instituant sacerdotes. Quoniam igitur constitutiones prad. concilii pati nolumus, neq. debemus aliquotum malorum iniuriam violari.]

CAP. XVI.

Qui tenetur procurare fratres alieius domus, obligatur ad procurandum annis, licet illorum numerus nunc creverit: sed si ex hoc gravatus nimium, per iudicem officium sibi providebitur. h. d. s. iudicium lecturam magis communem.

Innocentius III. Abba. & conventus Bellesville. a

Quantò creatori: [ 1 & 7. ] Accepimus, quòd ab ipso domus vestre primordio de fundatoris voluntate processit, ut fratribus sancti Irenii procuracionem unam annis singulis liberaliter exhiberent, cum nihil teneatis ad eis h. propter quod huiusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi: verum tunc propter fratrum & servitium pacitatem, talis procuratio non gravabat, sed nunc in tantum excrevit numerus eorundem, quòd ad procuracionem vix quatuor e marchæ argenti sufficerent, quæ pro una fieri consuevit: [ 1 & 7. ] Induigemus igitur, ne ultra primam mensuram in procuracione ipsa sitis ulterius prædictis fratribus obligati, sed expensis, quæ consueverunt sufficere, sint contenti, nisi facultates ecclesiæ in tantum excreverint, quòd sine gravamine ampliato fratum numero ad solvendum debitum procuracionis extendi possit quantitas expensarum.

[ 1 Vestri sub religionis habitu astricti estis devotius famulari, quoniam sicut vos convenit providere, ne per immolationis gratiam aliquid magis possit in vobis monastica profectus ordinis impeteri.]

[ 2 Ut igitur per Apostoli sollicitudinis curam vestris possit in parva gravaminibus provideri, auct. vobis presentium.]

CAP. XVII.

Omnes ecclesiæ, nisi qua ab hoc per privilegium Apostolicum sint exemptæ, procurato tenentur legatis sed. Apost. seu etiam eius nunciis: nec in hoc præscriptio iuratur. h. d. usq. ad s. Jani.

Idem Primicerio & Clero Mediolanensi.

Im instantia d. nostra e quotidiana: [ 1 & 7. ] Postulationi vestre taliter respondemus, quòd quum omnes ecclesiæ legatis & nunciis sed. Apostol. procuraciones impendere teneantur, ab earum præstatione nullam habere s. volumus excusatam, nisi forte per speciale privilegium sed. Apostol. (quod non credimus) sit exempta, etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non g. impenderit: cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vindicare: quia nos à provisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesiæ nusquam omnino cessamus.

[ 1 Si secundum debitum Apostolice servitutis omnium ecclesiarum ipsarum negotiis promovendis, non possimus persolvere, per fratres nostros ea expedire compellimur, quòd à nostro latere destinamus: illius excusatam in hac parte fieri, qui discipulus sui in mundum universam transmissis, ipse personaliter in medio terre salutem epe. aus est. Hinc est quòd nos dicitur, sit. v. tit. S. Petri ad vincula Presbyterum Card. Apost. sed. leg. pro negotiis ecclesiæ in Lombardiam duximus de-fruendum, ut eis vestram curatorem ingressis procuraciones exigeret, quæ consueverunt Apostol. sed. leg. nunciis exhiberi: vos non attendentes quòd dicitur ab Apostolo, Si vobis spiritualia servitavimus, non est magnum si carnalia vestra metamus.]

a Bellesville. b Solutionem census non denotare dominum, vid. l. neg. tales. c de prob. d vox argenti, deest in antiquis, & in recentioribus magis emendatis. e Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. latis. vid. Abbatem consil. 94. incipit, videtur primo in 1. vobis, & de in. c. accedentes. sup. de prescrip. e alias, vestra. f haberi. g impendunt.

ne vos ad omnes procuraciones ardeat, nisi à canonicis majori ecclesiæ se faceret antea procurari, sed. Apostol. appellastis: & sicut idem Card. per suas nobis literas intimavit, in aliis etiam non modicum iniuriis fuisse: propter quod dilecti filii prepositus S. Nazari, & A. canonicus S. Stephani syndici & procuratores vestri, cum Abbatem S. Vincentii ad sed. Apostol. venientes, ut super his statueremus ordinem & mensuram ex parte vestra suppliciter postulabant. Licet autem pro eo quòd prædicto Card. vel potius nobis in ipso contumaciter resistentes, iuxta verbum dominicum: Qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit, necessaria denegasti, non pro vobis, sed contra vos potius meruerunt exaudiri: quia tamen paternam affectionem, qua nobis proprium est misereri de Rom. sed. clementia semper & parcere, offensi etiam deponere non valeamus, de cons. n.]

Tractas de modo procuracionis ipsorum legatorum & nunciorum, Abbas.

Sanè in his exigendis eum modum & ordinem volumus observari, ut nulla ecclesiæ vel prælatus se indebitè prægravari rationabiliter conqueratur. Si de communi collecta, legatorum & nunciorum nostrorum expensas duxeritis faciendas, (quod vobis non duximus inhibendum) ex hoc nobis & nostris nullum præjudicium volumus generari, quò minus possunt à quocunque maluerint procuraciones sibi debitas postulare: ita, quòd si exactus ultra suam fuerit gravatus facultatem, sibi ab aliis restitueretur. Nunciis tamen nostris in necessariis expensis exhibendis a pareat, quicunque fuerit requisitus, ita quòd in fraudem nihil penitus attentetur, nec per communes ministros procuracionis obsequium si noluerint recipere compellantur. Qui verò contumaciter eis duxerint resistendum, districtione sunt ecclesiastica compellendi.

CAP. XVIII.

Et ad unam mensuram solvi solet quòd debetur ex voto, ad illam in posterum solvi debetis: si verò ad diversas, liberabitur solvens etiam ad minores.

Idem Zamoren. b & Salamantino Episcopi.

Ex parte e Compostellani Archiepiscopi fuit propositum, quòd cum hi, qui vota beati Iacobi continè perfolverunt ad communem terræ suæ mensuram, eum qua videlicet emunt & vendunt, ipsa perfolverint hætenus & perfolvant: quidam quia longis a temporibus ab eorum solutione cessant, nunc quandam mensuram exhibent parvissimam & ignotam. [ 1 & 7. ] Cum ergo non constet, ad quam mensuram antecessores eorum prædicta vota perfolverint, credimus distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ea continè perfolverunt, ad unam & eandem mensuram huiusmodi vota perfolverint, an ad varias & diversas. In primo enim casu ad eandem & illi solvere sunt cogendi. In secundo volentes solvere ad minorem, non sunt cogendi, ut ad majorem perfolvant: quoniam cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt à viris ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

[ 1 Nec etiam communibus usibus deputata, & ad eandem vota prædicta perfolvere moluntur. Unde postulastis à nobis, ut super hoc vos certi reddere dignaremur, utrum hi qui mensuram ignotam exhibent, ad solvenda vota prædicta, sint ad communem terræ suæ mensuram, secundum quòd illi qui ea perfolvunt, continè faciunt, compellendi.]

a Vox, expensit, deest in antiquis, & recentioribus magis emendatis. b Zamoren. & Salamantino. de quibus vid. Vasium in Amalib. Hist. c. 20. & 21. c 3. eod. tit. in 3. comp. & quatenus obiter hic tangitur materia implendi voti, vide beatum Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. & 9. 1. q. 1. art. 3. d Alii, qui à longis.

## CAP. XIX.

*Ecclesia tenetur Episcopo, in cuius diocesi sunt, respondere de procuratoribus, quarta decimarum & aliis episcopalibus. h. d. quoad titulum.*

*Idem Cesarugusten. Episcopo.*

**Q**uam olim [1 & 7.] Quia nobis fides facta fuit, quod ecclesia de Luna *b* & de Bes. in tua sunt diocesi constituta, non solum per alia, verumetiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expresse, ut Abbas sancti Iohannis Prilaten. *c* tam de quarta decimarum, quam de ceteris episcopalibus, tibi debeat respondere, Abbatem ipsum ad integram solutionem quartae omnium decimarum nullis factis deductionibus, & ad praestationem procuratorum, & aliorum episcopaliurum iurium in praedictis ecclesiis condemnatus. Licet enim ex forma secundae compositionis deductiones essent aliquae faciendae quia tamen compositionem, idem Abbas nullatenus adprobavit, sed studuit multipliciter impugnare: ex ea non debuit beneficium consequi, cui renunciasset tacite videbatur. Absonum erat praeterea, ut negaret illam ecclesiam, in tua diocesi constitutam, super quam instrumenta praedecessoris tui ostendebat in iure, monasterio fuisse concessa, per quae episcopale jus petebat *d* expresse.

[1 Ad aures nostras tuam querimoniam destinasset, quod te dil. fil. Abbas S. lo. Pinnaten. quartis decimarum quas in ecclesiis, de Luna & de Tausf. debes percipere multipliciter defraudaret.]

## CAP. XX.

*Solvendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerunt, nisi sit in alterius monetae solutione praescriptum. h. d. & est casus nos. & multum allegabilis.*

*Idem Spoletano Episcopo.*

**O**lim *e* causam, quam adversus clericos plebis Ru. gine super synodatico proponebas, Tuder. Episcopo & collegis suis commissimus terminandam, coram quibus ex parte tua fuit propositum, quod iidem clerici praedecessoribus tuis, tres in festo nativitatis, & tres in festo resurrectionis dominicae, pro synodatico solverent den. Papien. nunc tantum tres Lucenses, pro singulis denariis Papiensibus persolvebant, cum tamen unus denarius Papien. *f* valeat sex Lucen. unde petebas eos ad Papien. solutionem compelli, cum & si tu Lucen. primo anno receperis, semper tamen jus tuum postmodum fueris protestatus: [1 & 7.] Cum igitur constet, quod Papien. olim pro synodatico solvebantur, quod ex eo etiam sequitur, quod Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem, cum ex dictis testimoniis, & confessione *g* advocati alterius partis non revocata, postmodum adpareat evidenter, quod tempore L. praedecessoris T. pro synodatico Papien. fuit moneta soluta, & a tempore dicti L. non nisi triginta sex annorum, ad plus tempus effluxerit, & sit legitime comprobatum, quod tres Lucen. qui pro uno Papien. post mortem ipsius L. solvebantur v. vel vi. valebant ex illis, qui hodie sunt in usu, intelligentes, ex hoc quod per monetam declinationem acciderit, ut usque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in usu, procuratorem ad versa partis nomine clericorum plebis praedictae tibi ad solutionem denar. Papien. vel aestimationem *h* eorum pro synodatico per definitivam sententiam condemnatus.

*a* C. 4. eod. tit. in 3. comp. *b* de Luna de Tausf. *c* Platen. al. Prilaten. al. Pramat. sed Pinnaten. *d* al. patebat, quod agnovit gloss. hic & Hostiensis. *e* C. 3. eod. tit. in 3. compilatione. *f* al. valebat. *g* In antiq. ita sunt haec distincta & confessio ad vocat. alterius partis non revocata postmodum, & c. *h* ex. & mattonem.

[1 Verum pars clericorum proposuit ex adverso, quod si ab quando praedecess. tui denari. Papien. pro synodatico fuerint persoluti, tamen a xlv. annis & infra tam tibi quam alii Lucen. exsolvantur, scilicet partem suam nitebantur praescriptione tuam. Ne ergo Iacobo tuo & Ioan. Presbytero ad versa porta procuratorum dil. fil. n. P. Basilius xii. Apistolorum Presbyt. Cardin. concessimus audire: quibus coram eo nil volentibus aut valentibus de nos proponere, quoniam fuerat renunciatum utriusque, cum ipse postea omnia in nostra & fratrum n. praesentia retulisset, intelleximus per testes tuos fuisse probatum, quod tempore Lotharii praed. tui, & etiam post decessum eius denari. Papien. fuerant pro synodatico persoluti: & exinde tres Lucenses quorum duo valebant v. de his qui hoc tempore sunt in usu aliquandiu fuerint exhibiti, & quod a tempore Lotharii xxx. annis vel xxxv. aut etiam xxxv. annorum spatium est elapsum, dicta testium etiam adversa parte infirmus, per quos voluit comprobare, quod a tempore Lotharii xxx. annis a xl. annis: & infra tres Lucenses, vel tres Medala in synodatico soluta fuerant pro singulis Papien. fuisse ante peribon. Confessus quoque, fuerat advocatus ipsius partis in iure, ac eius confesso in scriptis redacta nec correcte vel revocata per clericos supra dictos, quod iidem clerici Henrici & Lotharii praed. tuorum temporibus tres Papien. pro synodatico solverent bu in annis, & exinde pro singulis Papien. tres Lucenses.]

## CAP. XXI.

*Episcopus remittit ecclesiae servitium, quae sibi debebat, & servitium, quod aliud servitium non imponetur, procuratorem non intelligitur remississe.*

*Idem priori sancti Stephani.*

**Q**uam venerabilis frater noster Faven. *b* Episcopus [1 & 7.] Cognovimus, quod praefatus Episcopus spallas, quas ab eadem ecclesia, tam ipse quam praedecessores sui recipere consueverant, ecclesiae praefatae remisit, & statuit, quod aliud ei servitium non imponeret, sibi & ecclesiae suae annuatim trium librarum tercio pensionis nomine relevato. Quia ergo visitationi adnexa est procuratio, & Episcopus ratione episcopalis jurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causa correctionis ecclesiam visitare & praefatam, nec intelligatur quasi novum imponi, quod ab ipsa fundatione de communi fuerat iure impositum. Discernimus, quod idem Episcopus, cum ad ipsam ecclesiam causa correctionis accesserit, moderatam ab ea procuratorem recipere debet & in anno: sed nihil aliud praeter pensionem, & procuraciones praescriptas ab eadem ecclesia exigere, ad extorquere praesumat.

[1 Et ut in nostra esset praesentia constituti, & a quibusque inter vos super eccl. S. Stephani Parisien. vertebatur, veluti ad invicem litigare, dil. fil. Ioan. int. S. Prisca & Io. S. M. in Capitulo Diacon. Card. vobis concessimus auditores coram quibus alleganda proponere curavisset, quod cum praedicta ecclesia S. Stephani quondam menialium, qua in ea videbantur sub religionis habita conservari, malitia faciente fuerat sepe ad desolationem redacta abbe. me. Carbo. Facien. Episcopus aut. se. re. Eugenii P. P. non ab ecclesia memorata removit, & canonicos in ipsa instituit regulares, facti tamen us ordo canonicus perpetuus in ea temporibus debet observari, & eos ab omni exactione tam sua quam successorum tuorum & Paris. eccl. profusus absolvit, retento sibi & ecclesiae suae uno tercio trium librarum ab ea annis singulis exolvendi. Nos autem cum dicti Card. ea qua audierant nobis fideliter retulissent.]

## CAP. XXII.

*Ecclesia de novo concessa in procuratoribus, & aliis, servitium consuetudinem vicinarum.*

*a* Ca. 4. eod. tit. in 3. compilatione. *b* Forventi. al. in. Faven. *c* vid. conc. Trid. citatum supra hoc titulo. C. Sopina. *d* au. piet. *e* vid. conc. Trid. Sess. 24. de reformatione. *idem*

Idem Compostellano Archiepiscopo.

Super eo a, quod fraternitas tua nos consulere voluit. Surquid fere tota provincia Compostell. de novo est ad jurisdictionem ecclesie tuæ conversa, qualiter tibi provinciam, vel partem provincie visitanti obsequi debeat & servare. necnon in procuracionibus providere. Tibi duximus respondendum, quod illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur.

CAP. XXIII.

Tralati tunc sunt procurandi, cum personaliter visitant: & debent tunc servare concilium Lateranen. & prædicationis, correctionis & reformationi vacare: legati & nunciis Apostolicis pro his diebus tantum, pro quibus moram trahunt, procurari debent, & contra hanc constitutionem exactum restituunt duplicatum.

Idem in concilio generali.

Procuratores b, que ratione visitationis debentur Episcopis, vel Archidiaconis, vel quibuslibet aliis etiam Apostolicæ sedis legatis aut nunciis, absque manifesta & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter e officium visitationis impendunt: & tunc erectionem & personarum mediocritatem observent in Lateranen. concilio d definitam: hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios Apostolicæ sedis, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessarium, ne locus ille propter illos e nimium adgravenus, procuraciones recipiant moderatas ab aliis ecclesiis vel personis, que nondum fuerant de suis procuracionibus adgrava, ita quod numerus procuracionum, numerum dierum, quibus hujusmodi moram fecerint, non excedat: & cum aliqua non sufficeret f per se ipsam duæ vel plures conjungantur in unam.

Porro visitationis officium exercentes non quarant, que sua sunt, sed que IESV Christi: prædicationi, & correctioni, & reformationi vacando: ut fructum referant, qui non perit. Qui autem contravenire contingerit, & quod accepit reddat, & ecclesie, quam taliter adgravavit, tantundem impendat.

CAP. XXIV.

Ecclesia etiam Civitatis, tenetur procurare Episcopum visitantem, quantum ipsam nunquam procuraverit.

Honorius III. de Tro & Isaphat Abbatibus.

Venerabili fratri nostro Cenomanen. Episcopo accepimus congerente, quod cum causa, que inter ipsum ex parte una & Abbatem & conventum de Cultura ex altera saper procuracionibus, quas ab eis petit idem Episcopus, noscitur agitari, vobis fuerit ab Apost. sed. commissis dicti Abbas & conventus ex eo frustrati intentionem ejusdem Episcopi moluntur, quod eorum monasterium in Cenomanen. villa situm esse dignoscitur, & ipsi procuracionem hæstent non solverunt: [i & f.] Dilectioni vestra mandamus, quatenus nisi aliud & rationabile ostenderit, vos eos ad exhibendum eam, sicut jus distaverit, compellatis.

[i] Quamquam eruptionis privilegium non ostendant. Vobis rigor ut sine leibus imponatur.

CAP. XXV.

Qui iure metropolitano, vel legationis, visitat provinciam: in provinciales, qui sibi procuraciones denegant, potest ferre sententiam.

Gregorius IX.

Cum nuper s Archiepiscopus Beneventanus, Beneventanam provinciam visitaret: & infra. Man-

damus, quatenus cum eundem Archiepiscopum, five auctoritate propria, five nostra Beneventanam provinciam contigerit visitare, procuraciones ratione visitationis debitas, juxta facultates ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem. Alioquin sententiam, quam ipse ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inviolabiliter observari.

CAP. XXVI.

Ad antiquam monetam vel si non est in usu, ad ejus estimationem solvenda sunt pensiones antiquæ.

Idem.

Cum canonicis majoris ecclesie, quandam summam pecunie pro pensione ecclesie tuæ debita, aliquot annis persolveris a, & iidem summam illam ex integro de meliori moneta exigant sibi solvi: Tibi damus nostris literis in mandatis, ut canonicos illos solutione prioris pecunie b, vel si non sit in usu, estimatione pensionis antiquæ facias manere contentos.

CAP. XXVII.

Tropter provatum oratorium, procuratio ratione visitationis non debetur.

Idem.

Auctoritate e præsentium inhibemus ne quis pro eo quod in oratoriis, que in grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant procuraciones que ratione visitationis debentur, a vobis exigere, vel extorquere præsumat.

DE CONSECRATIONE ECCLESIE, VEL ALTARIS.

TITVLVS XL.

CAP. I.

Amoto altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem ecclesia.

Alexander III.

Ad hæc si altare d motum fuerit, aut lapis ille solummodo supra positus, qui sigillum continet contractus, aut etiam deminutus, debet denuo consecrari. Propter hoc verò nequaquam reiterare suam consecrationem ecclesia consuevit, licet id quidam canones innuere videantur.

CAP. II.

Diebus etiam non festis possunt ecclesia consecrari.

Innocentius III. Tornacen. Episc.

Tua e fraternitas, & infra. Inquisit. t. r. respon. quod in diocesi tua, licet tibi ecclesiis dedicationem impendere, tam diebus dominicis, quam privatis.

CAP. III.

Habet duo dicta, & primo idem dicit, quod cap. sup. eod. Secundum dicit, quod oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum sic consecratur.

Idem Nidrosien. f. Episc.

Quod g in dabiis: & infra. Altare verò, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, mota vel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò consecrari. Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri.

CAP. IV.

Reconsecratur ecclesia, que propter homicidia & vulnera hominum ibidem perpetrata polluta est.

a perseveravit. b Quando admittitur solutio diversa monete, cum moneta est mutata, vide Bart. in l. Paulus. ff. de solut. c Tro intellectus vide distinctionem quam hic adfert Henr. Boich. d Ca. un. eod. tit. in 2. comp. & præter Hof. gloss. & Did. vide Turcrematam in c. si motum. de consec. dist. 1. e Ca. 3. de dede. eccl. vel altar. in 3. comp. f Indrosiens. g Ca. 2. tit. de ded. eccl. in 3. comp. vid. Turcrem. in d. c. si motum.

Vertical text in the left margin, partially cut off.

Idem Compostellano Archiepiscopo.

Proposuit a: quod venientibus ad ecclesiam sancti Jacobi ex diversis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab aliis per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vindicare, homicidia contingunt fieri & interdum & aliquando vulnera inferuntur: [ 1 & 7.] Fraternitati tuæ taliter respon. a quod manente ecclesia & altari, ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam.

[ 1 Propter quæ nos humiliter postulasti ut alio modo, quam per consecrationis beneficium dignemur ipsi ecclesia providere. Manente igitur ecclesia & altari. ]

CAP. V.

Plura altaria simul in eadem ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus Episcopis.

Idem.

Utrum e sis: & infra. Noveris igitur, quod plura in ecclesia una altaria, & plures Episcopos simul poteris consecrare.

CAP. VI.

Corruente tecto parietibus illis, & mensa altaris non enormiter fracta, nec altare, nec ecclesia consecratur.

Idem.

Ignis fœdificii ecclesie vestra casu consumptis, parietibus tamen illis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam partem fracturam: [ 1 & infra.] Inquisit. t. r. dux. respon. quod cum parietes in sua integritate permanerint, & tabula altaris mota, vel enormiter fracta non fuerit, ob causam prædictam nec ecclesia, nec altare debet denuo consecrari.

[ 1 Quæst. v. s. per s. d. Apost. docet, si propter hoc ipsius altaris, vel etiam totius ecclesie debet consecrari immorari. ]

CAP. VII.

Tollitur ecclesia vel cimiterium, si excommunicatus in ea sepelitur.

Idem Senon. Episcopo.

Consuluit g: & infra. Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit h, reconcilianda erunt asperione a aquæ solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit.

CAP. VIII.

Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. h. d. & tene ante hunc casum.

Honorius III. Regne Hungaria.

Utrum sicut ex relatione capituli Oradien. nobis h innotuit, eorum feceris ecclesiam consecrari: [ 1 & 7.] Cum non sit ecclesia, nisi de dote provisorum ei fuerit, consecranda: eo liberalius ad dotandum prædictam ecclesiam aperire manus munificentie tuæ debes, quo ad hoc fortius, tanquam ex debito, iam teneris.

[ 1 Profecto speramus, quod zelus ille, qui te ad ejusdem ecclesie consecrationem induxit, te quoque, ut eidem dotem conferas, debeat animare, & quidem. ]

CAP. IX.

Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiam si aqua fuerit per Episcopum benedicta.

Gregorius IX. Altoricen. Episcopi.

Aqua l per Episcopum benedicta ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes. Non obstante consuetudine provincie m Bracharen.

a Ca. 2. de ded. eccl. m. 3. comp. b beati. c dictio fer. deest in antiq. d al breviter respondemus. e Ca. un. de usu & aut. p. l. in 4. comp. f Ca. un. eod. tit. in 4. compilation. g Ci. tit. de celeb. div. offic. in 4. comp. h contigit. i al. asperione solenniter aqua. &c. k al. innotuit quod eorum, &c. l vid. Ca. v. r. l. 3. var. res. sol. ca. 26. m al. ecclesia, & hoc agnoscat Hostiensis.

(quæ dicenda est potius corruptela) quia licet Episcopus committere valeat quæ jurisdictionis existunt: quæ ordinis tamen episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. Quod autem mandantibus Episcopis super reconciliacione factum est, hæcenus per eodem, misericorditer a toleramus.

CAP. X.

Ecclesia etiam non consecrata si polluitur, reconcilianda est. Idem eodem.

Si ecclesia non consecrata quovisunque semine fuerit, sicut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divine laudis organa suspendantur. Est tamen, quam citius fieri poterit, consecranda.

DE CELEBRATIONE b MISSARVM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIE, ET DIVINIS OFFICIIS.

TITVLVS XLII.

CAP. I.

Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas, permittitur tamen sibi ex causa dicere eas usque ad vesperas inclusivè. h. d. secundum unum intellectum.

Ex concilio Agathensi.

Presbyter manet e maritali officio expleto, postquam servituti suæ, videlicet primam, tertiam, sextam, nonam, vesperamque persolvat: ita tamen ut horis competentibus juxta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus publicè compleantur.

Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit, exeat ad opus rurale jejuniis, ut iterum necessitatibus peregrinorum & hospitum, sive diversorum commensurum infirmorum, atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam, pro temporis qualitate, propheta dicente: Septies in die laudem dixi tibi: qui septenarius numerus a nobis impletur, si matutini d, primæ, tertie, sextæ, nonæ, vesperæ, & completorii tempore, nostra servitutis officia persolvamus: nam de nocturnis vigiliis idem ipse propheta ait: Media nocte surgebam, &c. Ergo his temporibus laudes creatori nostro super justitia suæ justitiæ referamus.

CAP. II.

Propter missam specialem, missa de feria demittenda non est. Ex concilio Triburien. e

Utrum laicorum habent in consuetudine, ut per singulos dies audiant Evangelium, in principio præter verbum: & missas peculiare, hoc est f, de sancto Trinitate, & de sancto Michael. Ideo sanctum est in eodem concilio, ut ulterius hoc non fiat nisi suo tempore, & nisi aliquis velit propter reverentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia devotione audire. Sed si voluerit, ut sibi missa caneretur, de eadem die missas audiant, pro salute vivorum & etiam defunctorum. g

CAP. III.

Sufficit sacerdoti semel in die celebrare: & excipit dicit casus scilicet necessitatem, & festum Nativitatis.

Innocentius III. Vigoren. h Episcopi.

Consuluit i: [ & infra.] Respondemus, quod excepto die Nativitatis Dominice, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam missam sollemnem celebrare.

a Ita Hostiensis al. mediocriter. b vid. conc. Trid. sess. 21. in decr. de obser. vandi & evitandi, &c. c Ca. tit. de suffrag. m. 1. comp. d matutinali. al. matutino. e Triburien. al. Triburien. sed in concilio dicitur habetur, in concilio Salustianensi, &c. & c. tit. de suffrag. m. 2. comp. f aut de sancta, &c. g necessarium. h Vigoren. CAP.



CAP. IV.

In Missa commemoratio licet dicatur propria profatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolum.

Idem Archiepiscopo Bracharen.

Consilium a nostrum: & infra. Requisisti, utrum in diebus profectis, in quibus ad honorem Sancti Spiritus, B. Virginis, & sanctae Crucis missam celebrari contingit, hymnus angelicus, symbolum, ac profatio propria debeat decantari: [1 & 7.] Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod apud nos in diebus profectis, cum missarum solennia in honorem B. Virginis celebrantur, neque hymnus angelicus, neque symbolum decantatur, licet in missa propria profatio decantatur: ut inter commemorationem & solennitatem differentia ostendatur: unde, Te Deum laudamus, regularius dimittitur, quam dicatur in laudibus matutinis.

[1 Profatio cum in partibus suis in honore B. Virginis in sabachonem in diebus missis solenniter celebratur.]

CAP. V.

Breve est.

Idem clericis sanctae P. Magalen.

Ex parte b vestra: [2 & 7.] Postulationi vestrae taliter respondemus, quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum acceperit Eucharistia sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debeatur celebrare: ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

CAP. VI.

Si quorundam in canone Missae, quae ab evangelistis dicta non fuerunt, credi deberemus quod a Christo Apostolo, & ab Apostolo eorum successores acceperunt, &c. hoc dicit usq. ad 5. quaevisi.

Idem I. quendam Archiepiscopo Lugdunen.

Cum Martha c: [1 & 7.] Quasi visisti quis formae verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suum panem transubstantiavit, & vinum, illud in canone Missae, quo ecclesia utitur generaliter, adiecit: quod nullus evangelistarum legitur expressisse. Cum enim in evangelio dicitur legatur: Accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum: in canone Missae sermo iste videlicet, mysterium fidei, verbis ipsis interpositus invenitur. unde cum non evangelista Christum hoc dixisse & testetur, miraris, quod aliquis ad se tentaverit cum aliquid plus dixisse, quam aliquis evangelistarum adseveret. Verum si formam ipsius canonis inspicias diligenter, praeter hoc de quo tua fraternitas requisivit, alia duo, videlicet, elevatis oculis in caelum: & aeterni Testamenti: poteris in ipso canone reperire, quae in textu evangelico non leguntur. Sane multa tam de verbis, quam de factis dominicis invenimus ab evangelistis omissa, quae Apostoli, aut supplevisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in Actibus s. Apostolorum sic ait: Memnisse vos oportet verba Domini Iesu, qui dixit: Beatus est dare, quam accipere. Hac nullus quatuor evangelistarum descripsit. Nullus etiam horum expressit, quod Paulus s. de Christo ad Corinthios scribens ait: Visus plus quam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo: novissimè autem, tanquam abstrusus visus est & mihi. Ipsi etiam Evangelistae mutuo inter se supplevisse leguntur, quae ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. unde cum tres b Evangelistae posterunt, Hoc est corpus meum: solus Lucas adiecit, quod pro vobis traditur. Et cum Matthaeus & Marcus dicant, pro

multu: Lucas dicit pro vobis. Matthaeus autem, in remissionem peccatorum adiecit. Caterum ea, quae adduntur in canone missae, possunt ex aliis locis Evangelii comprobari. Ioannes enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos levasse adserit, & dixisse, Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: & infra. Si tunc igitur in caelum oculos levavit ad Patrem, cum ad corpus exanimae animam Lazari revocavit b: probabilius esse videtur, quod tunc oculos levaverit ad Patrem in caelum, cum panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutavit. Caterum, sicut superius est expressum, cum in textu evangelico novi Testamenti, ponatur, hic interponitur, & aeterni. nam vetus Testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit & sanguine dedicatum, temporalia promittebat: Novum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit aeterna: & ideo testamentum illud fuit vetus & transitorium: hoc autem novum est, & aeternum, vel ut utamur alia ratione, unde novum, id est ultimum esse describitur, inde aeternum, id est, perpetuum d. comprobatur: novissimum etenim hominis testamentum immobile perseverat, quia testatoris obitu confirmatur: juxta quod Apostolus s. testamentum in morte adserit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur. Praeterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, juxta quod Apostolus s. ipse scribit: ideo novi Testamenti mediator est, ut re promissionem accipiant, qui vocati sunt hereditatis aeternae. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur. Hic est enim sanguis meus, novi & aeterni Testamenti, id est, novae ac aeternae promissionis, scilicet confirmator, sicut Dominus re promittit: Qui manducat (inquens) carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam aeternam. Ex eo autem verbo, de quo movit tua fra. questionem, videlicet mysterium fidei, munimentum erroris quidam trahere putaverunt, dicentes in sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatem, sed imaginem g. tantum & speciem & figuram: pro eo, quod scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramentum, & mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueum erroris incurunt, quod nec auctoritates scripturae convenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiunt reverenter: si enim quasi figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda. siquidem mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus, inquit, mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter justificationem nostram. Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius. sic ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio est exemplum, ut & nos peccato mortui iustitiam jam vivamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec verè mortuus fuit Christus, nec verè à mortuis resurrexit: sed absit à fidelium cordibus error iste, cum propheta de b ipso testetur, quod verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur, & aliud cernitur, quam creditur. cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus unitatis & charitatis: [2 & 7.]

Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quae sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spiritualem.

a C.2. eod. tit. in 2. compilat. B. Thom. 1. 4. sem. dist. 19. q. 1. art. 2. quae sunt in 4. b C. 4. eod. tit. in 3. comp. c C. 3. eod. tit. in 3. comp. d Matth. 26. e. testatur. f Act. 20. g 1. Cor. 11. h Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14.

a Ioan. 11. b revocabat. c Esa. 1. d approbatur. e Hebr. 9. f Hebr. 12. g Hunc errorem novissimè condemnavit Conc. Trid. Sess. 13. de sanctiss. Euchar. sac. ca. 1. & ca. 2. vid. Thom. 3. p. 9. 71. art. 2. h Esa. 53.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN



Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus unitatis & charitatis. Primum est sacramentum & non res. Secundum est sacramentum & res. Tertium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum gemine rei. Secundum est sacramentum unius, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

[ 1 Circa plurima sacramenti officio in cura regimini pastoralis pro majori parte renunciatis in domo Domini, quasi abjectus elegit habitare cum illis qui partem optimam elegerunt, sedentes ad pedes Domini cum Maria, ut in lege eius iugiter meditentur, lippitudinem Lea Rachelis pulchritudinem presentem, eam in te vigere credimus intelligentiam scripturarum, ut non solum parvula frangere posset panem, sed profectum etiam cibum solidum ministrare, ac nodos solvere difficultatum quæstionum. Verum quoniam in primatu Apostolorum principis Apostoli sed. magisterium recognoscens, ad eam credis majores causas ecclesie referendus: consultationibus tuis, quas non ob commodum utilitatis terrene, cum exilem non contineant quæstionem, sed animarum profectum, ut videlicet in lucem producant obscura scriptura, novimus te novisse libenter quod nobis misteria Domini.]

[ 2 Quod autem mysterium fides dicitur in hoc loco, aliis secundum Joannem spiritus & vita narratur: nam spiritus est in mysterium, juxta illud: Lætera occidit, spiritus autem vivificat, fides qua est vita: secundum quod legitur: Iustus ex fide vivit, propter quod dicit Dominus ipse: Verba qua locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.]

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem h. d. usq. ad 4. tertio loco. Abb. Siculus.

¶ Quævis etiam, utrum aqua a cum vino in sanguinem convertatur? Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum & aqua, quæ commiscetur in calice, divina virtute mutantur: ut in hoc sacramento plene sit veritas & figura. Alii verò tenent, quod aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, licet Physici contrarium adseverent, qui aquam a vino per artificium posse adseverant separari. Præterea potest dici, quod aqua non transeat in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem adsumit: quod inde convincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transeat in sanguinem, nec sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori, quod sub eis later, undique circumfunditur, non madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia vinum adpositum videntur adhaerere, quia si aqua fuerit adposita, vini saporem adsumit. Contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconveniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cum legatur b de ipsis e latere processisse: [ 1 & 7.] Verum inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur, quæ adserit aquam cum vino in sanguinem transmutari: ut expressus eluceat proprietates sacramenti. Nam cum aqua multa sint populi multi, juxta quod alibi legitur: Beati qui seminatis super omnes aquas: ideo vino aqua unitur, ut Christo populus adunetur: per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo, tam insolubili nexu conjungimur, ut qui est unum cum patre per ineffabilem unitatem, fiat

a Hunc art. explicat B. Tho. 3. p. q. 74. ar. 3. & Sor. 4. sentent. dist. 9. q. 1. art. 6. b Ioan. 21. c Corpore legitur ut plurimum in antiquis.

unum nobiscum per admirabilem unionem, ac per hoc, ipso communitur mediante, cum patre unum efficiuntur.

Pater a inquit, sancte, serva eos, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos: non pro his rego tantum, sed pro eis, qui creduntur sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat quia tu me misisti.

[ 1 Illud autem est nefarium opinari, quod quidam dicunt præsumpserunt, aquam videlicet in phlegma converti. Nempe de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentione dixisse, non attendentes quod de latere Christi duo fluxerunt sacramenta, & quod non baptizantur in phlegmate, sed in aqua, juxta quod Dominus protestatur: Nisi quis renatus fuerit in aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei.]

Oratio qua dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est, quia ubi dicebatur: Annue nobis Domine, ut anime famuli tui Leonis hæc illi profit oblatio: hodie dicitur, ut intercessione B. Leonis hæc profit nobis oblatio. & hæc mutatio contingit, quia sancti nostri orationibus non indigent, sed sui. h. d. usq. ad finem. Abbas.

¶ Tertio loco b fraternitas sua requisivit, quare fuerit mutatum quod in secreta B. Leonis, secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet: Annue nobis Domine, ut anime famuli tui Leonis hæc profit oblatio: cum in modernis sacramentariis habeatur, Annue nobis quæsumus domine, ut intercessione B. Leonis hæc nobis profit oblatio: Super quo respondemus, quod cum sacra scriptura dicat auctoritas, quod injuriam facit martyri, qui orat pro martyre: idem est ratione confusum de c sanctis aliis sentiendum, quis orationibus nullus non indigent, pro eo, quod cum sint perfecti beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos d potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miseri sumus) undique mala nostra perturbant: unde quod in plerique e orationibus continetur, Prosit vel f proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, ut ad hoc profit, quod g magis ac magis a fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum sanctorum gloriam utque ad iudicium argumentari, & ideo ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum b utrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, quæ docetur, quod defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt valde mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali: unde suffragia, quæ sunt a fidelibus in ecclesia pro valde bonis, & orationes sunt gratiarum: pro valde malis, consultationes vivorum: expiationes verò pro mediocriter bonis & propitiationes pro mediocriter malis: tua discretio investiget.

#### CAP. VII.

Gravius peccat, qui simulat conficere, & non conficit, quam ille, qui conficit in mortali.

Idem rethoribus Romanae fratres.

DE homine: & infra. Quævis etiam, quid de caetero Presbytero videatur, qui cum se sciat in mortali crimine constitutum, missam solennem, quæ non potest propter necessitatem quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare, peractisque cæteris circumstantiis, missam celebrare se fingit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem l & vinum tantummodo pure sumit, ita credens per id quod præterdit, populo satisfacere, ut per hoc, quod intendit, Deum non debeat provocare. Cum

a Ioan. 17. b Summa est sanctus in celo cum Deo regnantes, non egere precibus nostris, sed nos eorum intercessionibus. vide Conc. Trid. sess. 21. tit. de invocac. & relig. sanct. &c. c al. ita: & de sancto alii sentiendum. d vid. Sorum 4. sent. dist. 41. q. 3. art. 1. e pluribus. f illi. g al. ita quod magis ac magis. h vid. Dominie. Sorum 4. sent. dist. 41. q. 2. art. 2. i Ca. 6. eod. tit. in 3. compilat. k in antiquis legitur, Quæsumus I In Cod. Barb. panem & vinum purum tantummodo sumi. ergo

ergo falsa sint abjicienda remedia, quae veris sunt periculograviora: licetis, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter si se ingerat irreverenter ad illud, gravius tamen videtur offendere, qui se fraudulenter illud praesumpserit simulare: cum ille in solius misericordiae Dei manum incidat, iste vero non solum Deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se astringat.

CAP. VIII.

*Hic impietate opinio, quae habet quod in sacramento altaris aqua convertatur in phlegma, & probat Christum fuisse verum Deum & verum hominem, & quod de ipsius latere exiit vera aqua.*

*Idem Ferraricensi Episcopo.*

Quadam nostra decretali epistola asseris te a legisse illud fuisse nefarium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, in sacramento videlicet Eucharistiae aquam in phlegma converti, nam de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse: [1 & 7] Nos igitur ad tuae supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed erraverunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptivum, ut miser à Ariani. Alii Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, ut impii Manichaei. e Sed adversus huiusmodi haereticos Ioannes d. Apostolus in epistola sua loquitur, dicens: Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt, per hoc intendens ostendere quod Christus sit verus Deus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis, per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum conjunctione verus homo subsistit. ¶ Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus inclinato e capite tradidit Spiritum, de quo voce magna clamaverat: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: manifeste probatur, quod ipse spiritum habebat, non solum statum vitalem, sed animam rationabilem: sic qua praedixerat: Tristis est anima mea usque ad mortem: & postquam habes ponens auribus meis, & iterum suscitasti eam. ¶ Per hoc autem, quod unius militum lancea latus eius aperuit, & continuo sanguis exiit & aqua: probatur aperte, quod Christus verum corpus habebat. Nam de phantastico corpore, nec sanguis, nec aqua potuisset exire, unde ille f. qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium eius est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. ¶ Quod videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, probatur ex eo, quod spiritum vitalem emisit, & de vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exiit, & aqua: rationalis quippe anima non possent vivere, nisi corpus humanum, ex quibus verus homo consistit. ¶ Ceterum sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua: cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena: nam si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere Saluatoris exiit, ille, qui vidit, & testimonium veritati perhibuit, profecto non aquam, sed phlegma dixisset, nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum: cum per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua, neque per hoc posset vero argumento probari, quod in sacramento Eucharistiae admittenda sit aqua vino, si de latere Christi, non aqua, sed phlegma cum sanguine profuisset. Sed nec vera fuisset figura, quae super hac re praecellit in veteri Testamen-

to, quando Moyses a virga percussit siletem, & ex ea non phlegma, sed aqua b manavit. Restat igitur ut qualiscunque fuit illa aqua, sive naturalis, sive miraculosa, sive de novo divina virtute creata, sive de componentibus ex parte aliqua resoluta: proculdubio vera fuit: cum naturaliter possit & compositum in componentia, & elementatum in elementa resolvi: quemadmodum verus exiit sudor ipsius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aer, & ignis: & ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores consimiles illis conveniant, videlicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: ut veritatem humani corporis expressus demonstraret, unum ex illis, & unum ex illis Ioannes expressit, illa quae potius ex illis, & ex istis quae magis mysterio e congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus duo, maxime d, sacramenta, redemptionis videlicet & regenerationis elucet.

[1 Licet autem his magnis & authenticis viris sensisse recessus, quorum opinionem didi & scriptis hactenus es secutus, ex quo tamen nos in contrarium sentimus, nostra compelleris sententia consentire. Sed verbum lo. Apostoli te multum movere fateri, dicens: Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt, quatenus hoc ultimum in plerisque, co-dicibus minime habeatur, ab omnibus, quod dicit sic exponi, illos videlicet esse unum, de una & eadem re, scilicet de humanitate Christi testari: Torro si non vera fuit aqua quae fluxit de latere Christi, & non humani corporis humor: qualiter per illam perhibetur quod Christus sit homo non videt? glossa namq. super illum locum sic habet. Spiritus, id est, humana anima quam emisit in partibus, aqua & sanguis quae fluxerunt de latere Christi, quod fieri non possent, si non haberet veram carnem naturam. Sic ergo tam ex textu quam ex glossa proponitur per illam aquam probari quod Christus sit verus homo, & ideo si dicatur quod illa non exiit vera aqua, sed aquatica humani corporis humor, tam expostoris quam Apostoli verba intelligibilia tibi esse videntur: sed dato quod fuerit vera aqua, sicut nos credimus & fatemur, nec ista, nec illa sufficienter intelligi. Unde nos humiliter supplicasti quatenus ad generalem utilitatem legentium, & nebulam de tuo corde tollendam sufficenter & evidenter hoc exponere dignaremur.]

CAP. IX.

*Præcipit praelati & clerici in virtute obedientiae, ut nocturnum officium & diurnum studiosè celebrent & de votè.*

*Idem in Concilio generali. e*

Dolentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum praelati, circa f. comestiones superfluas, & fabulationes illicitas (ut de aliis taceamus) ferè medietatem noctis expendant, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrendo [2 undique] continuata syncopa matutinum. Sunt & alii, qui missarum solennia vix celebrant quater in anno, & quod deterius est interesse contemnunt: & si quando cum hæc celebrantur interfint, chori silentium fugientes, intendunt exterius colloquutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Hæc igitur & similia sub pena suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiae, ut divinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus studiosè celebrent pariter & devotè.

a C. 7. cod. tit. 1. 3. comp. vide Ser. 4. sent. dist. 1. quæst. 3. art. 5. & Lib. 9. q. 1. art. 5. b Hoc d. amavit Conc. Nicaen. vide D. C. P. P. non 1. c. 3. 4. 7. & 8. c Vide Epiphanius, lib. 2. contra haereses haereticas. d 1. Ioan. 5. e Matth. 27. Luc. 22. Marc. 15. Mat. 26. Ioan. 19. Ioan. 19. f 1. Ioan. 5.

a Num. 20. b emanavit, al. emanatus, Luc. 22. c ministerio. d maxima. e scilicet Lateran. sub Innoc. III. c. 17. referitur c. 2. ut de celebr. offic. in 4. comp. f In Cod. Barb. tit. 6. superfluas & confabulationes. g utiq. & in concil. continuata.



## CAP. X.

*Eucharistia debet mundè servari, & in eius elevatione & delatione populus debet se inclinare: & cum deservit ad infirmum, debet ferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores vero graviter sunt puniendi.*

## Honorius III.

**S**anè cum olim & infra. Ne propter incuriam sacerdotum divina indignatio gravius exardescat, districtè præcipiendo mandamus, quatenus à sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificè collocata, devotè ac fideliter conservetur. Sacerdos verò frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione missarum elevatur hostia salutaris, se reverenter inclinet: idem faciens, cum eam deservit Presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat, & referat manifestè ac honorificè ante pectus cum omni reverentia & timore, semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mandati graviter punire non differant transgressores: si & ipsi divinam & nostram voluntatem effugerint ultionem.

## CAP. XI.

*In ecclesiis collegiatis debent celebrari duæ missæ collegialiter, una pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, ut pro festo, si festum occurrit, vel pro feria si feria.*

*Idem universis ecclesiarum prælati.*

**C**um creatura a non habeat quid pro meritis respondeat creatori: [1 & 7.] Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentiam defunctorum, & pro festo vel feria secundum temporum congruentiam missarum solennia conventualiter celebretis.

[1] *Cum igitur ecclesia Gallicana per Dei gratiam tanquam lucerna super candelabrum posita alius luceat per exemplum, ut qui videntes opera eius bona glorificent Patrem celestem, ne, quod absit, tanta negligentia tenebris obumbratur, & alius consequenter obumbrat, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per apostolicam mandantes.*

## CAP. XII.

*In die Cene Domini Episcopus tantum in sua ecclesia debet missam celebrare, & christina consecrare.*

*Idem.*

**T**e referente: [1 & 7.] Cum cuilibet sacerdoti, quacunque dignitate præfulgeat, unam in die celebrare missam sufficiat: nam & valde est felix, qui celebrat dignè unam: Fraternalitati tuæ mandamus, quatenus die Cene Domini in ecclesia Syontina duntaxat, in qua tenetur christina consecrare, missarum studeas solennia celebrare.

[1] *Didicimus, quod in die Cene Domini de antiqua tenore consuetudine christina consecrare in ecclesia Syontina, sed cum mane diei ejusdem ad Garganicam ecclesiam accedat, ut ibidem prout moris est, recipiat ponentes, vel remittentes vel peregrinos ipsius loci: clerus & populus celebrare missam in eadem ecclesia Garganica præquam ad Syontinam redeas te compellunt, propter quod nostram & Apostolicam consilium implorasti. Cum autem christina eodem die infra missarum solennia consecras, &c.]*

## CAP. XIII.

*In sacrificio altaris plus de vino, quam de aqua ponendum est.*

*Idem Archiepiscopo Abslense.*

**P**erniciosus in huiusmodi partibus inolevit abusus, videlicet quod in majori quantitate de aqua ponitur

a Vid. Conc. Trid. Sess. 19. in decr. de sanct. Euch. Sacr. c. 6. & 7. b inclinari. c voluerint. d Vid. Conc. Trid. Sess. 22. tit. De doctrina de sacrificio Missæ c. 2. & 3. & Sess. 25. decr. de purg. e Archiep. Syontis. f Vid. Th. 3. p. c. 83. ar. 2. ad 2. arg. g Casalens. al. Val. valen. al. Valsalens. Hoc ultimum credo verius. h Vid. B. Th. 3. p. 74. ar. 3. & Solum 4. sent. dist. 9. q. 1. ar. 6.

in sacrificio, quam de vino. Cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesiæ generalis plus in ipso sit de vino, quam de aqua ponendum.

Ideoque fraternalitati tuæ mandamus, quatenus id non facias nec in tua provincia fieri patiaris.

## CAP. XIV.

*Ab officio & beneficio deponitur Presbyter, qui sine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.*

*Idem Episcopo Brixiani.*

**L**iteras a tuas recepimus continentes, quod cum super excessibus Presbyteri ecclesiæ sanctæ Brigidæ, Brixiani, inquireret, confessus est, quod cum quadam die hostiam & calicem non haberet, in pane fermentato, & cypholigneo missarum solennia celebrare præsumpsit: [1 & 7.] Intellecto iterum, quod prædicta ecclesia per malitiam dicti Presbyteri multipliciter lædebat, inquisitionis officium iterans ex eius confessionibus inventi, quod idem sine igne sacrificabat & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia, vel nimia desipientia peccasse probetur mandamus, quatenus officio & beneficio perpetuò ipsum privet.

[1] *Quare ipsum suppositi perpetuo interdicto, considerans quod in aliqua ecclesia regulari mutaret in melius vitam suam. Postmodum autem illo coram ven. fr. m. Hostien. Episcopo Ap. si. it. ut sic cum misericorditer ageret supplicante: idem ad celebrationem divinorum Presbyterium restituens memoratum, super suspensionem beneficii, causam S. Salvatoris & S. Luca Brixien. præpositi deprecavit, quod ad beneficium restituere eundem. Deinde rursus versus de partibus marinis.]*

## DE BAPTISMO ET EIUS EFFECTU.

## TITVLVS XLII.

## CAP. I.

*Licet puer sit immersus in aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, si non sit dictum, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. non est baptizatus.*

*Alexander III.*

**S**i quis puerum b ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen: & non dixerit, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, non est puer baptizatus.

## CAP. II.

*Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest iterari forma hic expressa.*

*Idem.*

**D**e quibus dubium est, an baptizati fuerint & baptizantur his verbis præmissis. Si baptizatus non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c.

## CAP. III.

*Sacramentum baptismi utiliter confertur parvulis, licet non credant nec intelligent, & remittitur peccatum originale, h. d. n. s. q. 1. verum.*

*Innocentius IV. Arelaten. Archiepiscopo.*

**M**ajores ecclesiæ & causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quaerenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabat: Tu f. et christi filius Dei veri: & pro eo Dominus exorasse, ne discipulus des eius. Quibusdam igitur quaestionibus, quas contra catholicos hæretici moverant, nos postulas responderet, Asserunt enim parvulis inutiliter baptismum conferri:

a Vid. B. Thom. 7. q. art. 4. & q. 83. ar. 3. ad 6. arg. & q. 7. art. 6. & 7. b Ca. 1. De baptis. puer. 2. comp. Vid. B. Thom. 3. par. q. 66. art. 3. & Scotum 4. sent. dist. 3. q. 1. art. 1. c Vid. B. Thom. 3. par. q. 66. art. 9. & B. Clement. 1. d. c. 15. constitutionum Apostolicarum. d al. baptizatur. e Ca. eod. tit. 3. comp. f Matth. 28. & Luc. 22.

quod nituntur probare, illud primò & precipue inducentes, quòd secundum verbum Iacobi a Apostoli, dicentis in epistola sua, *Charitas operit multitudinem peccatorum*, & juxta illud testimonium veritatis in Evangelio b de peccatrice, quæ ipsius pedes laverat, perhibentis: *Dmissa sunt ei peccata multa, quoniam multum dilexit*: non nisi per charitatem & in charitate crimina dimittantur parvulis, qui nec sentiunt, nec consentiunt, & charitatem non habent, quæ sentientibus & consentientibus tamen infunditur: peccatum non dimittitur in baptismo: [ i & infra. ] Ad id autem taliter respondemus, quòd baptisma successerit circumcisioni. Abiit enim ut in illam damnatam hæresim incidamus, quæ peperam affirmabat, legem cum Evangelio, & circumcisionem cum baptismo servandam: quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas c: *Si circumcidimus, Christus nihil vobis prodest*. Cum ergo circumcisio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur: ne baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quam foeminae baptizentur, minoris videatur effectus: tam adultis, quam parvulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Moïsa d lex clamabat: *Anima cuius præputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo*: ita nunc indistincte vox innotat evangelica e: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei*: Ab hac generalitate nec secum, nec atatem excludens. Cautè tamen notandum est, quanto plus baptismus hodie conferat Christianis, quam quondam Judæis circumcisio contulisset, dictum est in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege f: *Peribit de populo suo*: in evangelica verò veritate subyunctum est: *Non intrabit in regnum Dei*. quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum cælorum, quòd usque ad mortem Christi fuit omnibus obsecratum. Sed per sacramentum baptismi Christi sanguine subricati culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cælorum etiam pervenitur, cujus janam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referavit. Abiit enim ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus g, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Cæterum ex vi literæ satis patet, prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de parvulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est solvenda: *Qui hæredit, & baptizatus fuerit, salvus erit, &c.* cum non possint credere parvuli, sed adulti: & ob hoc tota auctoritas: hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur, quamvis nonnulli concedant, quòd parvuli credant non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem usum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur. Illud verò h, quòd opponentes inducunt, fidentur charitatem, aliasque virtutes parvulis, utpote non consentientibus, non infundi, à peritis non conceditur absolute, cum propter hoc inter Doctores Theologos questio referatur, aliis asserentibus per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus dimitti peccatum, & virtutes infundi habentibus illas, quoad habitum, non quoad usum, donec perveniant ad atatem adultam.

[ i Et sic et baptismus non conferitur, quia non est talibus conferendus. In evangelio quoque legitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. qui autem non crediderit eum, unde parvuli sine fuerint sine non fuerint baptizati, condemnabuntur, utpote non credentes. ]

Originale peccatum, quòd sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, ut parvulus. sicut de actuali: quæ sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur, hoc dicit, usq, ad h. sed adhuc. Abbas.

Verum quidam ex hac solutione invenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo, quòd dicimus parvulis in baptismo peccatum originale dimitti, quòd & adultis dormientibus vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur. Cum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in consimilibus iudicandum. Hic verò dicimus distinguendum, quòd peccatum est duplex, originale scilicet & actuale: originale quòd absque consensu contrahitur: actuale quòd committitur cum consensu. Originale igitur quòd sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti: actuale verò, quòd consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur.

Licit in baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, que tamen consentire non possunt, in adultis tamen amentibus vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale, & sedem etiam nec originale, h. d.

Sed adhuc queritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptismo sicut parvulis dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quòd Dominus, qui totum hominem salvum b fecit in Sabbatho, opus imperfectionis non novit: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: actualis verò pœna peccati est, gehennæ perpetuæ cruciatus. Unde si dimitteretur alicui primum, altero non dimisso, talis non caret visione Dei propter originale dimissum: & cruciaretur in gehenna perpetuè propter reatum criminis actualis, sed hæc tanquam impassibilia e se minime patiuntur, imò sibi mutuo adversantur.

Amentes vel dormientes baptizati, si ante dementiam vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, alia secus & coacti verò causati suscipiunt, h. d. usq, ad finem.

Item queritur d, utrum dormientibus & amentibus sacramenti saltem character in baptismo imprimatur, ut excitati à somno, vel ab ægitudine liberati, non sint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quòd sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, ut baptismus & ordo, cæteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed invitis & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem, conferuntur: cum non parvuli solum qui non consentiunt, sed fidei, qui quamvis non ore, corde tamen dissentiant, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inviti & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad jurisdictionem ecclesiasticam pertinerent: unde ad servandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni Christianæ e contrarium, ut semper invitum & penitus contradicens ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter quòd inter invitum & invitum, coactum & coactum, alii non absurde distinguunt: quòd is, qui terroribus atque suppliciis visenter attrahitur, & f ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sa-

a Iac. 5. & 1. Pet. 4. b Luc. 7. c Galat. 3. d Genes. 17. e Iud. 3. f Genes. 17. Levit. 12. g 1. Timot. 1. h Matth. 28. i Hac. k Vid. B. Thom. 3. p. q. 69. art. 6. l alit. & dimittit. m pervenirent.

a al. Quod cum consensu contrahitur. b al. factum, ut plurimum in antiquis codicibus. c al. incompotibilia. d Vid. B. Thom. 3. p. q. 80. art. 5. e Vid. B. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. & ibi Cajetan. f al. ita: ut ne.



tramentum, talis (sicut & is, qui fide ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad observantiam a fidei Christianae: in quo casu debet intelligi decretum concilii Tolotani b, ubi dicitur, quod quia iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus e religiosissimi Principis Sibuti: quia jam constat eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & christum unctos esse, & corporis Domini uniti participes: oportet etiam ut fidem, quam necessitate susceperunt d, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur: & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consensit, sed penitus contradicit, nec rem nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est expresse contradicere, quam minimè consentire: sicut nec ille notam alicujus reatus e incurrit, qui contradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut f dormirent, in contradictione peristerent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, etsi sic g fuerint immersi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni existissent, & habuissent propositum baptizandi: unde tales in necessitatis articulo consuevit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariae non invenit obstantem.

CAP. IV.

Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.

Idem Meten. Episcopo.

Debitum h: [ 1 & infra. ] Sane intinasti, quod quidam Iudeus in mortis articulo constitutus, cum inter Iudeos tantum existeret, inquam seipsum immerfit dicendo: Ego me baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen: [ 2 & infra. ] Respondemus, quod cum inter baptizantem & baptizatum debet esse discretio i, sicut ex verbis Domini colligitur, dicentis Apostolis: Ire, baptizate k omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: memoratus Iudeus est denuo ab alio baptizandus: ut ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, & alius, qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus non a seipso, sed a Ioanne voluit baptizari: quamvis si talis continuo decessisset, ad patriam protinus l evolasset, propter sacramenti fidem, & si non m propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritalis generatio n celebratur, de qua veritas ait: Oportet vos nasci denuo: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum caelorum. Sicut o ergo in carnali generatione, qua p proles ex viro & foemina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur: sic in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & Spiritu Sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritaliter generet, & alius qui spiritaliter generetur. Sane cum corpus exterius, sive cum cor interius baptizatur, oportet ut utrobique paternitas & filiatio valeat inveniri, quibus baptizans & baptizatus ad invicem referantur.

[ 1 Pastoralis officii ex solvimus, cum super dubio iuri articulo responsione sed. Apost. postulas edoceri. ]

a Observatorem. b scil. 4. c. 56. c in tempore. d receperunt. e criminu. f vel. g al. ita: si fuerint sic immerfi. al. si fuerint immerfi. h C. 2. eod. tit. in 3. comp. vid. Sor. 4. sent. dist. 4. q. 1. art. 3. vers. circa secundum. i In Cod. Barb. debeat dist. personarum etc. Mat. 28. k verbum Ire, desit in aliquo exempl. antiq. Ioan. 1. l convalescit. m In recentiorib. codic. ita: & non propter, &c. sed ex antiq. restitutum ut est impressum. n regeneratione. o enim. p per quam.

[ 2 Nunc autem quavis, utrum idem Iudeus in devotione fidei Christiana perseverans etiam debet baptizari. Nos autem sc. ]

CAP. V.

Ubi desit verbum, vel elementum aquae, non est baptismi sacramentum.

Idem Morosien. Episcopo a.

Non ut b apponeret: [ 1 & 7. ] Postulasti, utrum parvuli sunt pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquae penuriam, & absentiam sacerdotis, aliquorum simplicitas in caput ac pedes, ac inter scapulas pro baptismo salivae conspersione e livit. Respondemus, quod cum in baptismo duo semper, videlicet verbum & elementum necessarii requiruntur, iuxta quod de verbo veritas ait: Euntes in mundum universum, [ praedicate Evangelium a omni creatura ] & baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: eademq; dicat de elemento: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum caelorum: dubitare non debet illos verum non habere baptismum, in quibus non solum utrumq; praedictorum, sed eorum alterum est omisissim.

[ 1 Tibi scientiam, sicut credimus, sed us per oraculum verbi vestri tuorum ignorantiam subditorum meus tradidit, Apostolicum tibi responsum fieri. ]

CAP. VI.

Baptizatos a Latinis, Graeci rebaptizari non debent.

In Concilio generali z.

Licet Graecos f diebus nostris, ad obedientiam sedis Apostolicae revertentes, fovere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (in quantum cum Domino possumus) sustinemus, in his tamen illis deferre g non volumus, nec debemus, quae praecipuum generant animatum, & ecclesiastica derogant honestati. Postquam enim Graecorum ecclesia, cum quibusdam complicibus & factoribus suis, ab obedientia sed. Apostol. se subtraxit, in tantum Graeci coeperunt abominari Latinos, quod inter alia, qua in derogationem eorum impie committent, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrant altaria, non prius ipsi sacrificabant in ipsis, quam ea tantquam per hoc inquinata lavissent: baptizatos etiam a Latinis ipsi Graeci rebaptizare ausu temerario presumebant: & adhuc sicut accipimus, quidam hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab ecclesia Dei amovere, sacro suadente concilio districtè praecipimus, ut talia de cetero non praesumant, conformantes se tanquam filii obedientiae sacrosanctae Romanae ecclesiae matri suae: ut sit unum ovile, & unus pastor. Si quis autem tale quid praesumpserit, excommunicationis sententia percussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur h.

DE PRESBYTERO NON baptizato.

TITULVS XLIII.

CAP. I.

Si non baptizatus ordinator, ordinis characterem non recipit. Ex Concilio apud Compendium i.

Si quis Presbyter ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

a In drosien. al. In drosien. b C. 3. eod. tit. in 3. comp. b. Thom. 3. p. 9. 60. art. 5. 6. & 7. & 9. 60. art. 3. 4. & 5. c aspersione. Mat. 28. Ioan. 3. d inclusa desunt in omn. antiq. cod. Vatican. e scil. Innocen. III. in Conc. gener. Later. c. 4. f C. 1. eod. tit. in 4. comp. g al. nec volumus, nec debemus. h al. suspensatur: sed in concilio, deponatur. i Ca. 15. ut ait Durand. lib. 4. decr. c. 74. & 170 p. 1. e. 268. Refertur etiam ca. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Thom. in additionibus 3. p. 931. art. 3.

CAP.



CAP. II.

*Omnino baptisus non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.*

Innocentius III. a. Episcopo Cremonensi.

Apostolicam & sedem contulere decrevisi: & infra inquit, tu taliter respond. Presbyterum, quem sine unda baptismatis extrinsecum diem clausisse significasti, quia in sanctae matris ecclesiae fide, & Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali peccato e solutu, & caelestis patris gaudium esse adeptum adferimus in concludat. Lege super octavo d. lib. August. de civit. Dei, ubi inter cetera legitur: Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam B. Ambrosii de obitu Valentini, idem adferentis, revolve. Soporitur quoniam doctorum, Patrum sententias f. teneas, & in ecclesia tua juges preces, hostiasq; Deo g. offerri jubebas pro Presbytero memorato.

CAP. III.

*Non baptizatus ordinari non potest: & si de facto ordinetur, non recipi ordinis charactere, licet credatur baptizatus.*

Innocentius III. Ferrar. Episcopo.

Veniens h. ad Apostolicam sedem I. lator pra. nobis exposuit, quod cum ad gradum sacerdotii ascendisset, conperit tandem, quod non fuerit secundum formam Evangelii baptizatus, unde nos eum ritè fecimus baptizari. Cumque super ordinibus & fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, & ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum, quoniam ubi fundamentum non est, superaedificari non potest. Porro e contra videtur. Nam cum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti, efficiatur proculdubio membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet tamen fundamentum, praeter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus: superaedificare posse videtur, sicut saluifera opera, sic & quilibet ecclesiastica sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum, quoniam & sacramentum conjugii & Eucharistiae a non baptizatis recipi potest: praeterea sacramentum ordinis non solum Pontificalis, sed sacerdotalis etiam & levitici institutione sua praecessit baptismum: per quod forsitan videtur, quod ante baptismum huiusmodi ordines possent tunc conferri, maxime his, qui baptizati creduntur: Quia vero in concilio apud Compendium legitur constitutum, si quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem praesentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines, usque ad sacerdotium promovere procuret, & permittat eum in sacerdotium ministrare, quia non intelligitur iteratum quod ambigitur esse factum: nec male de sacramentis sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certe de illo qui natus de Christianis parentibus, & inter Christianos est fideliter conversatus, tam violenter praesumitur, quod fuerit baptizatus, ut haec praesumptio pro certitudine

a Antonius Aug. aut scribendum, Innocent. II. sed Vatican. 3. habent. b Ca. eod. tit. in 1. compil. c absolutum. d al. super octavum. al. super viii. e articulus. f sementiam. g Dominus. h Ca. i. eod. tit. in 3. compil. i fuerat. k In Cod. Barb. articulo, coram nobis fuisse aliquandiu disputatum. l al. propter quod, & c. forsitan videtur.

lit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE, & aliorum sacramentorum.

TITVLVS XLIV.

CAP. I.

*Eucharistia & chrisma debent fideliter sub clavibus custodiri, & contra facientes sunt puniendi.*

Innocentius III. in Concilio generali.

Statuimus, ut in cunctis ecclesiis chrisma & Eucharistia, sub fidei custodia clavibus adhibitis conferantur. Ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: & si per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, gravioti subiacet ultioni.

CAP. II.

*Suppellectilia in ecclesia poni non debent, nisi necessitas exigit. hoc dicit primo. Ecclesia debent sua vasa & vestimenta munda tenere. hoc secundo.*

Idem in eodem d.

Relinqui nolimus in correctum, quod quidam clerici ecclesiae sic exponunt suppellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicae, quam Dei basilicae videantur: non considerantes, quod Dominus non sinebat, ut vas transferretur per templum. Sunt & alii, qui non solum ecclesias dimitunt incultas: verum etiam vasa ministerii, & vestimenta ministerii, ac pallas altaris, nec non ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horrore. Quia vero zelus nos comedit domus Dei: firmiter prohibemus, ne huiusmodi suppellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incurfus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat haberi & refugium, sic tamen, ut necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Praecipimus quoque, ut oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta praedicta, munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quae dedecere etiam in profanis.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE sanctorum.

TITVLVS XLV.

CAP. I.

*Sine Papa licentia non licet aliquem venerari pro sancto.*

Alexander III.

Ad vivimus f. quod quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem quendam in oratione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more innaelium) venerantur. Cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis, ecclesia permittat orare. Dicit enim Apostolus: Ebrios regnum Dei non possidebunt. Illum ergo non praesumatis de extero colere: cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro sancto absque auctoritate Rom. eccl. venerari.

a De custodia Eucharistiae & aliorum sacramentorum. b nefanda. c In Cod. Barbatica, ita. & si per eius incuriam aliquid nefarium contigerit, &c. d Sac. Concil. Lateranen. ca. 19. & Cap. 1. eorum. tit. de enim eccl. in 4. compil. e habere. f Cap. un. De vener. sancti. in 3. compil.

## CAP. II.

Sanctorum reliquia vendi non possunt, vel passim offerendi non debent, ne circa illos populus decipi possit.

Innocentius III. in Concilio generali a.

**C**um ex eo b, quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni detractum sit sapius: Ne in posterum detrahat, præsentis decreto statuimus, ut antiqua reliquia amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo, nemo publice venderi præsumat, nisi prius auctoritate Roman. Pontif. fuerint approbatae c, prælati vero non d. permittant eos, qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt, variis figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in ple-risque locis occasione quaestus fieri consuevit.

## DE OBSERVATIONE IEIUNIORUM c.

TITVLVS XLVI.

## CAP. I.

Vigilia occurrens in Dominica, jejuniari debet in Sabbato: & jejunianda est vigilia Matthia.

Innocentius III. Clericis S. Petri

[Magol.]

**E**X parte vestra quaesitum fuit, utrum si Nativitatem Domini, vel assumptionem B. Mariæ, vel festivitatem alicujus Apostolorum in secunda feria contigerit evenire, die Sabbathi præcedenti vigilia f. debeat jejuniari? & utrum in vigilia B. Matthia Apostoli, sit jejunium injungendum? Ad quod breviter respondemus, quod die Sabbathi festivitates prælibatas g. secundæ ferie præcedentis, & B. Matthia Apostoli debet vigilia jejuniari.

## CAP. II.

Non capit congruam summationem, & textus in se satis clarus est, & multa sunt dicta, quæ patent per s.

Idem Bracaren. Archiepiscopo.

**C**onsilium h. nostrum: [i & infra.] Consultatione taliter respondemus, quod omnium Apostolorum vigiliae sunt in observatione jejunii celebranda, præter vigiliae Apostolorum Philippi & Jacobi, & B. Iohannis Evangelistæ, quoniam ipsorum solemnitas intra solemnitatem Paschalem, istius autem intra natalem Domini celebratur. Jejunium etiam apud nos in adventu Domini agitur.

Sanctorum i quoque vigiliae, quorum festivitates oportet secundæ ferie celebrari, in præcedenti sunt Sabbato jejunianda.

De festivitate verò B. Bartholomæi Apostoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quosdam, respondemus, quod in hoc consuetudinem tuæ regionis observes k: [i & infra.] Cum autem quaesieris, quæ sit illis poenitentia injungenda, qui diebus quadragesimalibus, tempore, quo i tanta famis inedia ingruerat, quod magna pars populi, propter inopiam annona periret, carnes comedere sunt coacti: respondemus quod in tali articulo illos non credimus m punien-

a Scitesc Lateran. c. 62. & ea. 2. De imm. eccl. in 4. compil.

b Vid. Concil. Trident. supr. citatum c. 1. hoc tit. & Sylvestrum in summa, verbo reliquia. c comprobata. d in C. Barbatia, non permittant eos de cetero, qui, &c. e B. Thom. 2. 2. quæst. 147. Vid. Ca. 1. eod. tit. in 3. comp. f præcedenti. g prælibata. h Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. i al. & sanctorum vigiliae, quorum quoque festivitates, &c. k Vid. l. si fundus, ff. de evict. Et l. si servus, in fin. ff. de leg. 1. l. al. tempore illo quo tanta, &c. m Ratio huius dicti est in antiqua compul. quam hic omisit Raymundus: quos argens necessitas excusavit.

dos. Preces tamen Domino pro illis, & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, ubi culpa minime reperitur. Item de illis qui propter debilitatem in Sabbato carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consuevit, cum hoc ab aliis molestè feratur, & oriatur inde illis occasio detrahendi: respondemus, quod super hoc consuetudinem tuæ regionis facias observari, sic tamen, quod debilibus & infirmis, propter hoc periculum non emergat. Præterea de illis, qui in quadragesima vel in aliis jejuniis solemnibus infirmantur, & petunt sibi eum carnis indulgenti: respondemus, quod cum non subiacet legi necessitas fidelium infirmorum, eum urgent necessitas exigit, supportare potes & debes, ut majus periculum in eis evitetur.

[i Super quibusdam articulis quaesitis, utrum in omnibus se Apostolorum vigiliis jejuniandum, cum quidam asserant non esse jejuniandum in omnibus, sed sex tantum. Verum etiam jejuniandum sit in adventu Domini, cum inde sentiant diversi diversa, quibusdam dicentibus, sed paucioribus, jejuniandum esse tunc temporibus, pluribus verò se ad hoc asserentibus non teneri. Verum insuper si festum illorum, quorum vigiliae jejuniamus, secunda feria evenit contingat, in præcedenti Sabbato sint vigiliae faciendæ.]

## CAP. III.

Si Festum Nativitatis occurrat sexta feria, licitum est oculis carnes comedere, exceptis profestis & vorantibus.

Honorius III. Pragen. Episcopo.

**E**xplicari a per sedem Apostol. postulasti: [i & infra.] Respondemus, quod illi, qui nec voto nec regulari observantia sunt astricti, in sexta feria, si Festum Nativitatis Dominicæ die ipso venire contigerit, carnis propter festi excellentiam vesci possunt, secundum consuetudinem ecclesie generalis. Nec tamen hi b reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere.

[i Utrum sit licitum illis, qui nec voto nec regulari observantia sunt astricti, carnes comedere, quando in sexta feria diei Dominicæ Nativitatis occurrat. Ad hoc.]

## DE PURIFICATIONE post partum.

TITVLVS XLVII.

## CAP. I.

Mulier post partum statim potest ingredi ecclesiam, nec non abstinere per aliquot dies secundum legem Mosaicam.

Innocentius III. Armachan. Episcopo.

**V**olens: [i & infra.] Licet d secundum legem Mosaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum à templi cessarent ingressu. Quia tamen lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Inquit. i. t. i. quod postquam umbra legis evanuit, & illuxit veritas Evangelii: si mulieres post prolem emissam acturæ gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec ecclesiarum est eis aditus denegandus: ne poenitentia illis e converti videatur in culpam. Si tamen exveneratione voluerint aliquandiu abstinere, devotionem earum non credimus improbandam.

[i Fratemitas tua per respons. Apostolicam humiliter edocuit, à nobis expetis, utrum mulieres statim post partum debeant ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere.]

a Vid. Covarru. 4. var. resol. ca. 20. & Sylvest. in summa, verbo jejuniarum. b illi. c al. purificatione. d Ca. eod. tit. in 3. comp. Cur purificatio fuerit in lege instituta, vid. Thom. 2. 2. q. 37. art. 4. & de Purificatione legitur Levit. 11. c vii.

DE

DE ECCLESIIS AÆDIFICANDIS, vel reparandis.

TITVLVS XLVIII.

CAP. I.

Habentes beneficium in ecclesia, teneantur contribuere ad ipsius reparacionem.

Ex concilio Moguntinen. 4

Quicumque ecclesiasticum beneficium habent, omnino adiuuent ad recta ecclesie restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas.

CAP. II.

Leprosi permitti debent, sine præsudicio antiquarum parochiarum, habere ecclesiam propriam & Presbyterum, nec teneantur solvere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium.

Ex concilio Lateran.

Quidam dicitur Apostolus: [ 1 & infra. ] Constituiimus, Curubicung: tot simul leprosi sub communi vita fuerint cõgregati, quod ecclesiam cum coemeterio sibi construere, & proprio gaudere valeant Presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut iniuriosi veteribus ecclesiis de jure parochiali nequaquam existant: quod enim eis pro pietate e conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium fuorum decimas tribuere non cogantur.

Abundantiores honorem membris infirmioribus deferendum, eorum quidam qua sua sunt, non qua Iesu Christi querentes, leprosi qui non sanis habitare non possunt, vel ad ecclesiam cum altari conuerti, ecclesiam & coemeteria non permittunt habere, nec proprii iurati ministerio sacerdotis, quod quidem procul a Christiana veritate dignetur, de benignitate Apostolica.]

CAP. III.

Triper nimirum distantiam ecclesia, potest nova ecclesia in ipsius parochia adificari, & certa portio de antiqua sibi deputari.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

Audientiam a nostram noveris pervenisse, quod Avilla, qua dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, ut e tempore hyemale eam pluvie inundant, non possint parochiani, sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ proventus minister illius convenienter se valet sustentationem habere: mandamus, quatenus si res ita se habet, ecclesiam ibi adifices, & in ea sacerdotem sablato appellationis obstaculo ad præsentationem rectoris ecclesie majoris, cum canonico fundatoris ad sensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones ecclesiasticas percipiatur, providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci ecclesie matriæ g servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villæ Dominus viginti actas terra frugifera velit ad usus sacerdotis conferre. Si verò persona matriæ ecclesie vitium idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & vitium bonum appellationis cessante diffugio instituire non omittas.

CAP. IV.

Rectores ecclesiarum possunt compelli, ut de redditibus, qui si-

a De mater, huius tit. vid. Concil. Truanti. sess. 7. de reform. ca. 8. & plenius sess. 21. de reform. ca. 7. b Hoc Decretum habetur in Concil. Maguntin. sub Carolo magno. Burch. 3. Decret. ca. 30. Pro par. ca. 25. & ca. 4. eod. tit. in 1. comp. c. Disio pro, de off. in pluribus exemplaribus, & male. d Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. e quod, &c. f Convenientem. g al. ita: ecclesia matriæ majori servetur.

persunt, teneantur conferre ad constructionem, seu reparacionem ecclesie.

Idem Lexovien. a Episcopo.

De his b, qui parochiales ecclesias habent, duximus respondendum, quod ad reparacionem & institutionem ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, qua sunt ipsius ecclesie, si eis superint, confertæ, ut eorum exemplo ceteri invitentur.

CAP. V.

Secularis ecclesia sine præsudicio clericorum ad statum regularem potest reparari: & collegio, quod nondum est, privilegium non conferretur.

Vrbanus III.

Audientiam e nostram pervenit, quod tu in ecclesia, de qua in Episcopum vocatus fuisti, regulares canonicos desideras ordinare: ipse siquidem est, quod hoc devotioni tuæ auctoritate Apostoli, indulgemus, si tibi Episcopus diocelanus consenserit in hac parte. Verum si clerici seculares in ea adhuc superesse noscuntur, volumus eis, dum vixerint, ibi vel alibi necessaria provideri d. Licet autem nobis instantius supplicares, ut ecclesie prædictæ confirmationis privilegium faceremus, tibi non possumus de jure deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus privilegium concedatur.

CAP. VI.

Non obstante juramento de rebus ecclesie non alienandis, potest Episcopus propter indigentiam novam ecclesiam adificare.

Celestinus III. e

Tu nos f duxit: & infra. Præterea quia occasione juramenti, quod de rebus ecclesie g non alienandis te adferis præstitisse, in locis tui Episcopiatus, in quibus populi habitantes oratorii egere videntur (ne prætextu novarum ecclesiarum, commissa tibi ecclesia destitui videretur) ecclesias formidas erigere. Frat. t. mandamus, quatenus illius juramenti occasione nullatenus prætermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione studeas salubriter providere.

DE IMMUNITATE ECCLESIARUM, coemeterii, & rerum ad eas pertinentium.

TITVLVS XLIX.

CAP. I.

In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium quarere.

Ex synodo Ioannis Papæ.

In domibus h ecclesiarum, neque missus, neque comes, vel iudex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine, placitum, vel hospitium vindicent: sed in publicis locis domos constituant, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur.


CAP. II.

Tempore magna necessitatis, non debet aliquis excusari a munerum, seu civitatis custodia, h. d. secundum intellectum Pannon.

Gregorius Archiepiscopo Tricen. i

Pervenit: & infra. Fratemitas tua nullum per nostræ vel ecclesie suæ nomen, aut alio modo excusari à mutorum vigiliis patiat: sed omnes ad hoc generaliter compellantur: Quatenus cunctis vigilantibus melius valeat civitatis custodia procurari.

a Exon. al. Lexonen. b Ca. 3. eo. tit. in 1. comp. & post Con. Later. sub Alexan. III. p. 29. c. 2. c Ca. 4. eod. tit. in 2. comp. d Vid. l. nec ar. C. de emanc. lib. & in l. ex facto. D. de vulg. & pub. subst. e Alex. III. in uno aut altero versio C. f Ca. 20. tit. in 2. comp. g al. ecclesia tua, &c. h Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. Vid. Navarrum in manuali de horis canonis. c. 3. i al. Gregorius Agnello Terracen. Episcopo.





CAP. III.

Restitutus adstrictus ad culturam agrorum ecclesia, non potest illam deservere. b. d. summario generaliter.

Idem Vitali defensori Sard. a

Indicatum est: & infra. Dicitur est nobis, quod rustici ecclesie iura ejus deserventes in privatorum possessionibus culturam exhibeant: quod experientia tua fieri non permittat.

CAP. IV.

Laici collectas imponentes clericis vel ecclesie, seu jurisdictionem eorum usurpantes, si moniti non desistant, sunt excommunicati cum suis factoribus: potest tamen Episcopus cum clero eis in necessitate prabere subsidia.

Ex Concilio Lateranensi b.

Non e minus: [1 & infra.] In diversis mundi partibus consules civitatum & rectores, nec non & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone d fuerit, qui legis divinae notitiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis servituti subactis, sacerdotibus & possessionibus eorum in pristina libertate dimisit, & s. eis alimoniam de publico administravit. Isti vero onera sua ferre universa imponunt ecclesiis, & tot angariis eas adstringunt, ut eis, quod Hieronimas deplorat, competere videatur: Princeps provinciarum facta est sub tributo. Sive quidem fossatim, sive expeditionibus, seu alia qualibet sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum & clericorum & pauperum Christi usibus deputatis, volunt ferre cuncta compleri g. Jurisdictionem etiam, & auctoritatem prelatorum ita evacuant, ut nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Quocirca sub anathematis districtione fieri de cetero talia prohibemus: nisi Episcopus & clerus tantam necessitatem vel utilitatem b adpexerint, ut absque ulla i exactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existimant conferenda. Si autem consules, aut alii de cetero ista commiserint, & communi desistere noluerint, tam ipsi, quam fautores eorum excommunicationi se noverint subiacere, nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

[1 Pro peccato illorum qui faciunt, quam pro illorum detrimento qui sustinent, grave nimis esse dignoscitur, quod.]

CAP. V.

Causa sanguinis in ecclesia vel cœmeterii agitari non debent.

Lucius III.

Omnia & ecclesia Dei, secundum evangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca letrorum, aut sanguinis forum: Seculares iudices causas ubi de sanguinis effusione & corporali poena agitur, in ecclesiis vel cœmeteriis agitare, sub interminatione anathematis prohibemus: absurdum enim est, & l crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela refugii constituta.

CAP. VI.

Reus criminis ad ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius preteritum criminis commissi damnari ad mortem, vel ad aliam poenam corporalem: est tamen aliter legitime puniendus: sicut in duobus casibus hic expressis. b. d. primo. Servus fugiens ad ecclesiam timore Domini sui, est Domino de eius impunitate juranti restituetur. b. d. secundo.

a Id est Sardinia, ut in veteri registr. lib. 7. epist. 65. Ind. 2. & c. 3. eod. tit. in 2. comp. b scilicet sub Alex. III. c. 19. c. Co. 4. eod. tit. in 1. compul. d Genes. 47. e subiectus, f & de publ. en alimoniam ministravit. g adimpleri, in conc. vero legit. compilari. h insperant, i coalitione. k Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. l al. & male, crudele, &c.

Innocent. III. Illustr. Regi Scotia.

Inter & alia: [1 & infra.] Tuis questionibus respondentes iuxta sacrorum statuta canonum, & traditiones legum civilium, ita duximus distinguendum, quod fugiens ad ecclesiam, aut liber, aut servus existit, si liber, quantumcumque gravia maleficia perpetraverit, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad poenam, sed retores ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam. Super hoc tamen quod inique fecit, est alias legitime puniendus: & hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum: quidam itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet, aggressionis insidiis, ab ecclesia extrahi potest, impunitate non praestita, secundum canonicas sanctiones. Si vero servus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam, postquam de impunitate sua Dominus ejus clericis juramentum praestiterit, ad servitium Domini sui redire compellitur etiam invitus, alioquin a Domino poterit occupari.

[1 Quae nobis regali providentia suis literis intimavit, quod de illis fieri debent, qui maleficia perpetrantes confugerunt ad ecclesiam, ut pro reverentia sacri loci debitas poenas valeant evadere, sicut requisivimus. Noscitur.]

CAP. VII.

Clerici non debent necessitatibus, seu utilitatibus civitatum, seu aliorum locorum, etiam ubi laicorum non suppetunt facultates, subvenire, nisi prius Rom. Pont. consulatur. hoc primo. Senatus & constitutiones edata a laicis collectantibus ecclesiam, sunt ipse per irrita, nec ullo tempore convalescunt. hoc secundo. Rectores excommunicati ob gravamina praesentia, remanent excommunicati, etiam post depositum officium nihilominus excommunicati sunt successores, nisi satisfecerint intra mensem, hoc tertio. Hec dicta a nostram declarationem, & pro noviss.

Idem in Concilio generali b.

Adversus e consules & rectores civitatum, vel alios, qui ecclesiis & ecclesiasticis viros nulli se collectis & exactionibus aliis adgravaverint, volens immunitati ecclesiasticae Lateran. concilium d providere, praesumptionem hujusmodi sub anathematis districtione prohibuit: transgressores & fautores eorum excommunicationi subiacere praecipit, donec satisfactionem impenderit competentem. Verum si quando forte Episcopus simul cum clericis tantam necessitatem & utilitatem perspexerint, ut absque ulla coactione ad relevandas utilitates vel necessitates communes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia duxerint per ecclesias conferenda: praedicti laici humiliter & devotè recipiant cum gratiarum actione.

Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus Pontifex prius consulatur: cujus interest communibus utilitatibus providere. Quia vero nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conquevit, adiciunt et constitutiones & sententiae, quae a talibus s vel de ipsorum mandato fuerint promulgatae, inanes & irritae habentur, nullo unquam tempore valiturae. Ceterum quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus ratio decipiatur errore, ut intra tempus regiminis subineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionem debitum compellendus, nam & ipsum, qui satisfacere recusaverit, & successorem ipsius, nisi satisfecerit intra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competentem, cum succedat in onere qui in honore substituitur.

CAP. VIII.

Tralati plus debito a subsidio extorquentes preterita proce-

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compul. b Scilicet Lat. ca. 46. c Cap. 4. de censibus in 4. compulato. Vid. quae notavit supr. in ca. non venimus. supr. eod. tit. d Later. Concil. sub Alex. III. ca. 19. e postpulerunt. f In Concilio apertius legitur, ita: quae ab excommunicatis hujusmodi, &c.

una vel alterius servitii impensu legato vel alteri, illud restituere, & tantundem pauperibus erogatum.

Idem in eodem a.

Quia plerique b. pralati, ut procuracionem aut servitium aliquod impendant legato vel alii, plus extorqueant a subditis, quam solvant, & in eorum damnis lucra sectantes, quarunt pradam potius quam subsidium in subiectis, id de cetero fieri prohibemus. Quod si quis forte praesumpserit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit, in huiusmodi executione statuti, canonice subiacet ultioni.

CAP. IX.

Ecclesia non consecrata, in qua divina officia celebrantur, gaudeat immunitate.

Gregorius IX. Astorien. Episcopo c.

Ecclesia in qua divina mysteria celebrantur, licet ad huc non exiterit consecrata, nullo iure privilegium d' immunitatis admittitur: quia obsequiis divinis dedicata e, nullius est temerariis ausibus profananda.

CAP. X.

Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel cimiteriis delinquunt, immunitate non gaudent.

Idem Tolosano & Compostellano Archiepiscopo.

Immunitatem f. ecclesiasticam: & infra. Nonnulli immunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesiarum obire sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis vel earum cimiteriis committere non verentur: qui, nisi p. per ecclesiam, ad quam fugerint, crederent se defendi, nullatenus fuerant committendi: & infra. Cum autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem: mandamus, quatenus publice nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

NE CLERICI VEL MONACHI SE-  
cularibus negotiis se immi-  
scent.

TITVLVS L.

CAP. I.

Enumerat concilio multa secularia negotia, a quibus iubet clericos & Monachos abstinere. Et sunt xxv. si recte numerentur.

Ex Concilio Maguntino.

Multa sunt b. negotia secularia, de quibus pauca perstringamus, ad quae pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus suo appetit homo, turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiam dare. Pro aliquo seculari quantum precioso aliquid conducere. Contentiones vel lites vel rixas amare. In plateis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum. Conductores secularium rerum aut procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ioculatorum, vel iocum secularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconueniens proposito suo querere. In deliciis vivere velle. Gulam & ebrietatem sequi. Pondera iniusta vel mensuras habere. Negotium iniustum exercere. Nec tamen iustum negotium est: & contradicendum, propter necessitates diuer-

a Sül. Conc. Lat. c. 34. b Ca. 4. De censibus in 4. comp. vid. filin. in c. irrefragabili. s. ceterum. sup. de offic. ordin. c. Astorien. Episcop. al. Senon. Episc. Contus. d. Immunitatis. e. Licata. f. Vid. Covarruviam lib. 2. var. resol. c. 70. & Remigium de Gonn. mal. de imm. ecclesiast. g. al. ita: qua nisi, &c. sed in magu. res. & emendatis habetur ut est impressum. h. Ca. eod. tit. in 1. comp. i. Alata: est eu. contradicendum.

fas, quia legimus sanctos Apostolos negotiatis a fuisse: & in regula beati Benedicti praecipitur provideri, per quorum manus negotia monasterii procurantur. Canes & aves sequi ad venandum, & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, nec non & Monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apostolus: Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.

CAP. II.

Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum, quod si contra fecerint, & deprehendantur in fraude, non subvertantur ab ecclesia.

Eugenius Papa Lucanen. b. Episcopo.

Sacerdotibus c. & clericis tuis denuncies publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodum facere praesumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab ecclesia subveniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

CAP. III.

Religiosi professi exeuntes ad audiendas leges vel Physicam, nisi intra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt: & in nulla causa patrocinari possunt: & in choro, & in capitulo, & ceteris eorum ultimis: & sine dispensatione Papa non promouentur.

Alexander tertius in Concilio Turon. d.

Non e. magnopere antiqui hostis invidia: [1 & infra.] Inde nimirum est, quod in Angelis: Incis se more solito transfigurans, sub obtentu languentium fratrum consulendi corporibus, & ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdam ad legendas leges, & confessiones Physicales ponderandas de claustris suis educit. Unde ne occasione scientia spiritualis viti mundanis rursus actionibus involvantur: statuimus, ut nulli omnino post votum religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem ad Physicam legesve mundanas legendas permittantur exire. Si vero exierint, & ad claustrum suum intra duorum mensium spacium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur: & in nulla causa, si patrocinium praestare voluerint, audiantur: reversi autem in choro, capitulo, mensa, & ceteris ultimis fratrum existant, & (nisi forte ex misericordia sed. Apostol.) totius spem promotionis amittant.

[1 Infirma membra ecclesie, praecipere laborat, sed manum mittit ad desiderabilia eius, & electos quosque nititur supplicare, dicente scriptura: Esca eius electi: multum si quidem casum se repetat, ubi preciosum aliquod membrum ecclesie sua calliditate fuerit destratum.]

CAP. IV.

Clericus generalis procurator vel iusticiarius Principis secularis deponendus est: & si religiosus est, gravius punietur.

Idem in Concilio Lateranensi.

Sed nec procuraciones f. villarum, aut iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus & secularibus viris, ut iusticiarius g. eorum fiat, clericorum quicumque exercere praesumat. Si quis autem adversus haec venire tentaverit (quia contra doctrinam Apostoli dicentis, Nemo militans Deo, implicet se secu-

a Negotiatores. b. al. Lucensi. al. Lucen. al. Lucen. in omnibus Vaticanis. c. Ca. 8. eod. tit. in 1. comp. d. Eodem modo habetur in antiq. C. & post Concil. Lateran. p. 27. ca. 2. e. Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. vid. Innocent. in c. firmiter. sup. de summ. trin. & fid. casti. Archid. in ca. non dicatis. 22. q. 1. Adde citata infra eod. tit. super Specula. f. Procuratores. g. In C. Barbat. & concil. us iusticiarii eorum fiam.

laribus negotiis secularibus, agit) ab ecclesiastico fiat ministerio alienis: pro eo quod (officio clericali neglecto) fluctibus seculari, ut potestatis placeat, se immergit. Distinctius autem decernimus puniendum, si religiosorum, quisquam aliquid praedictorum ausus fuerit attentare.

CAP. V.

Clericus iudicium sanguinis exerceat, ab officio & beneficio depunitur: & excommunicatus est habens officium praepositi secularis, si monitus non desistat.

Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

Clericis in sacris a ordinibus constitutis, ex concilio Toletano b iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. Quod si quis tale quid fecerit, honore privetur & loco. Iubemus e etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis aut praepositi secularis. Si quis autem contra hoc venire praesumpserit, & communitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat.

CAP. VI.

Non licet clericis vel Monachis lucris causa negotiari. hoc primo. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere. hoc secundo. Laici non debent ecclesia titulo conductum concedi. hoc tertio. Idem Londin. Episc. d

Secundum e instituta praedecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi vel clerici causa lucris negotentur: Et ne Monachi a clericis vel laicis suo nomine firmas habeant: Neque laici ecclesias ad firmam teneant.

CAP. VII.

Monachi incorrigibiles de monasterio expellantur, & reformantur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de Monachis e iudicium demeruerint non potest.

Idem eadem.

Relatum f est, quod Monachi de H. seculariter vivunt, & alios exemplo suo corrumpunt. Ideoque mandamus, quatenus eos ad observantiam g regulae appellatione remota compellas: vel h si tibi restiterint ausu temerario, eis eclusis, fratres alterius ordinis (si non potest praescriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: ut labores impiorum iusti edant: & illi tandem robore i persusi, ad sui ordinis observantiam revertantur.

CAP. VIII.

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem: ut desistant a tabellionatus exercitio.

Innocentius III. Esgulan. Episc. k

Sicut l te accepimus referente: [ i & j. ] Frat. tuze mandamus, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium, per beneficiorum subtractionem appellatione postposita interdicas.

[ i Cum ven. f. n. t. Hostien. Episc. olim per tuam transiens civitatem, tibi dederit in mandatu, ut Praebiteros, Diaconos, quos ibidem invenisti, passim tabellionatus, & Subdiaconatus officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares: & eos qui ab illi publica recipere infirmitate, tu licet id feceris ex mandata praedicti Episcopi, dissimulasti: postmodum de Subd. qualiter donec contra ipsos & alios in sacris ordinibus constitutos deberes procedere, sedem ducenti Apost. consulendam: quocirca. ]

CAP. IX.

Clericus nec distare, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec

a Ca. 6. eod. tit. in i. comp. & post Con. Lat. p. 27. c. 4. b Conc. Tolet. 17. c. 6. c indubitem etiam. d London. e Ca. 5. eod. tit. in i. comp. & post Con. Lat. p. 27. c. 5. f C. 7. eod. tit. in i. com. & post Conc. p. 27. c. 7. g regularem. h sicut tibi, & c. i. Con. fusi. k Esgul. l Ca. 5. eod. tit. in i. comp.

quicumque alium exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgationis vulgari opem prestare non debet.

Idem in concilio generali a.

Sententiam sanguinis nullus clericus dicitur aut profert, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut tibi exerceatur, interfit. Si quis autem huiusmodi occasione litatur ecclesiis vel ecclesiasticis personis aliquid praesumpserit inferre dispendium, per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam clericus literas dicitur aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas, unde in curia Principum haec sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus b ruptariis vel balistrariis, aut huiusmodi viris sanguinum praeparatur, nec ullam chirurgiae artem Subdiaconus, Diaconus vel sacerdos exerceat, quae adustionem vel incisionem inducit. Nec quicumque purgationis aquae ferventis vel frigidae, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat, salvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis sive duellis ante promulgatis c.

CAP. X.

Constitutio Turonensis concilii, punitis religiosi, audienti legi vel Physicam, est canonice sententia: & incidentes in illam, debent per ordinarios puniri. hoc primo. Secundo extendit illam constitutionem ad habentes dignitates & personatus, & ad Praebiteros, Honorios III.

Super specula d: [ i & infra. ] Contra religiosas personas [ de e claustris ] exeuntes ad audiendum leges vel Physicam Alexand. praedecessor noster olim statuit in concilio Turon. ut nisi intra duorum mensium spacium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla causa (si patrocinium prestare voluerint) audiantur. Reversi autem in choro, mensa, capitulo, & ceteris, ultimi fratrum existant, & (nisi forte ex misericordia sed. Apost.) totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus propter quorundam opinionem diversas excusationis aliquid adsumebant: nos volentes ut de cetero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, distinte praecipiendo mandamus, quatenus tam a diceclanis & capitulis ipsorum, quam a ceteris Episcopis, in quorum diceclis huiusmodi student, tales excommunicati, & praedicti poenis obnoxii publice nuncientur. Quia vero Theologiae studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentore loco, funiculos suos faciat longiores, ut sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentes ex adverso: ad Archidiaconos, Decanos, plebanos, praepositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, nec non Praebiteros (nisi ab his intra spacium praescriptum desisterint) hoc extendi volumus & mandamus, & appellatione postposita, firmiter observari.

[ i Sane licet fallax sit gratia ceterarum scientiarum, & etiam pulchritudo, cum frumentum eleutorum & vnum germinans virgines iuxta Prophetam sit bonum super omnia & sit palatum: quia tamen regulares quidam & claustrales scientiam & legem Domini animas convertentem & sapientiam dantem parvulis, quam super aurum & topazion amare debeverant, respuentes, alioquin post vestigia gregum, & illicite se convertunt ad pedesque amplexandas, quae plausum desiderant popularium. ]

a Scil. Lat. c. 18. & C. 2. eod. tit. in i. comp. b al. Report. al. Rotarius ut observat Hostiensis. sed in omnibus Vaticanis ut est impressum. c Vid. Conc. Lat. sub Alex. III. ca. 20. & Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 19. d Reliqua fragmenta huius capiti habet infr. tit. de Magistris & tit. de priv. e Haec duo verba, de claustris desunt in omnib. antiquis & manuscr. Vaticanis. f Haec pro hoc in multis Vaticanis.

